Digitized by Google

2 4 9 23

23.5.26.
[illegible]

Bibliotheca
ori Coll. Rom.
Societ. Jesu
III . 15 . C

14-11.2.23

III
11
B

Digitized by Google

BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
12
23 D
15

Digitized by Google

IVLII CLEMENTIS
SCOTI
COMITIS PLACENTINI
N PATAVINO GYMNASIO
Extraordinariæ Philoſophiæ Profeſſoris

OPVSCVLA DVO
De Seligendis Opinionibus,
Et Auctoribus Generatim:

Quibus annexum eſt aliud Opuſculum
De Obſeruandis
In Auctorum, præſertim Scientiſſimorum, Lectione.

ROMA
VITTORIO EMANUELE
Google

IVLII CLEMENTIS
SCOTI
COMITIS PLACENTINI &c.
IN PATAVINO GYMNASIO

Extraordinariæ Philoſophiæ Profeſſoris

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

OPVSCVLVM

De Obſeruandis in Lectione Auctorum; præſertim Scientiſſimorum;

Nominatimq; Theologorum, tum Scholaſticorum, tum Moralium;

Ac Iuris Vtriuſq; Conſultorum;

Patauij, Apud Petrum Lucianum 1652.

Superiorum permiſſu.

Digitized by Google

1º 23 5 15

Digitized by Google

PErlegi ego infraſcriptus Opuſcula Tria *Illuſtriſs. Comitis Iulij Clementis Scoti Placentini in Patauina Academia Philoſophiæ Extraordinariæ Profeſſoris de Seligendis Opinionibus, & Authoribus Generatim, atq; de Obſeruandis in Authorum, preſertim ſcientiſſimorum, lectione etc.* nihilq; in illis occurrit, quod Catholicę Religioni, Chriſtianis moribus, ac Principum inſtitutis aduerſetur, ac prælo exiſtimo digna ad plurimorum vtilitatem. Ita eſt.

Ego Ioannes Cottunius.

Die 11. Iunij 1652.

OPus præſens, cui Titulus eſt, *Illuſtriſs. Domini Iulij Clementis Comitis Scoti Placentini de Seligendis Opinionibus, & Authoribus etc.* Viſum & examinatum ab Excellentiſſimo Domino Ioanne Cottunio, vt ſupra; fuit pro impreſſione Paduæ admiſſum, & approbatum, cũ in eo nihil contra Regulas præſcriptas reperiatur; & hoc ſupradicto menſe, & anno etc.

Ita eſt. Ego Frater Antonius Vercellus a Lendenaria Inquiſitor Generalis Paduæ manu propria.

Noi Reformatori dello Studio di Padoua.

Hauendo veduto per fede del Padre Inquiſitor General di Padoua, come nel libro incitolato, *Iulij Clementis Scoti Comitis Placentini etc. de Seligẽdis Opinionibus & Auctoribus Generatim Opuſcula duo etc.* non vi è coſa

alcu-

alcuna contro la Santa Fede Catolica, & medeſima- mente per atteſtato del Segretario noſtro niente contro Prencipi, & buoni coſtumi, concedemo licenza, che ſia ſtampato, douendoſi oſſeruar le Leggi in queſto propoſito. Dat. li 13. Settembre 1652.

(*Vicenzo Guſſoni Cau. Proc. Refor.*
(
(*Bertucci Valier Cau. Refor.*

Pietro Vianoli Segr.

Præter hæc tria Opuſcula, ab eorum Auctore impreſſa hæc leguntur. *Monita* Philoſophiæ Tyronibus opportuna vnà cum explicatione diſtinctionum plurimarũ, quę frequentiſſim è a Philoſophis, ac Theologis vſurpantur. *Liber* de Pontificia Poteſtate in S. I. in octo partes diſtributus. *De* obligatione Regularis etiam Profeſsi extra Regularem Domum cõmorantis ob iuſtum metum. *De* Iure tuendi famã, quod habet quicumq; etiã Clericus, & Regularis. *De* Apoſtatis, ac Fugitiuis iuxta Sacros Canones, ac Principia vtriuſque Theologiæ. *Libellus* ſupplex ad S. D. N. *Animaduerſionum* Opuſcula Tria. *De* Probabilitate Opinionum Opuſcula duo. *Denudata* Veritas. *Antiqui* Regulares Ordines in S. I. valdè beneuoli &c. *Epiſtola* ad Leonardum Olmucenſem &c.

Illuſtriſsimis, ac Excellentiſſimis
D D. D. D. D.

Petro Sagredo D. Marci Procuratori.
Vincentio Guſſono Equ. ac D. Marci Proc.
Ioanni Piſauro Equ. ac D. Marci Proc.
Hieronymo Lando Equ. ac Senatori Opt.
Bertuccio Valerio Equ. ac Senatori Opt.

Iulius Clemens Scotus Placentinus

In Patauino Gymnaſio Extraordinariæ Philoſophiæ Profeſſor.

F. P.

VBi menſe Maio priuatis maximè ſtudijs valdè opportuno *NONNVLLA in Lectione Auctorum, præſertim ſcientiſſimorum, Obſeruanda*, etc. ſcribere cæpi, mihi primo Vos *Illuſtriſſimi*, atque *Excellentiſſimi Patres* occurriſtis, quibus illa dedicarem; non eo tantùm nomine, vt ab Adoleſcentibus publicè inſtituendis otium mihi datum mihi ſemper eſſe negotioſum pro certo haberetis; verum & quia cũ *Vos* Auctores fueritis, vt *in Patauino Gymna-*

ſio

ſic a SERENISSIMO SENATV *Extraordinariæ Philoſophiæ Profeſſor conſtituerer*, par erat, vt inter Nobiles Patricios, & Ampliſſimos Senatores, quorum Humanitati multum debeo, *Vos* modo prę ceteris ſeligerem, quibus grati pro mea tenuitate animi ſpecimen aliquod exhiberem. Paruus enimuero eſt Liber; at non tenui forſan erit Studioſis emolumento; quorum commodis proſpicere contendo, *SERENISSIMÆ REIPVBLICAE* aliqua ex parte imitator, quę *Splendida*, ac pro more ſuo *Regia*, Viris tum Armis, tum Scientia Pręſtantibus ſtipendia tribuit. Hic ſi Vobis *Humaniſſimi Patriæ*, *Litteratorumque omnium Patres* acceptus fuerit; nihil vereor, quin maioribus ſemper a Vobis ſim afficiendus beneficijs, præſertim cum aperte hic profitear, me *Vobis*, ac *Veſtræ familiæ* ſemper Addictiſſimum, & Obſeruantiſſimum fore. Interim dum manum extremam admoueo Lucubrationibus, quæ in *Indice* a me luci publicę non ſemel expoſito leguntur, tota animi contentione Deum precabor, vt ad celebriorem ſemper *Veſtri Nominis Gloriam*, ad *FIRMIVS SERENISSIMAE REIPVBLICAE*, adeoq; totius *Chriſtiani Orbis* ſubſidium, ad *Liberalem Sapientum Virorum Tutelam Vos* diutiſſime incolumes ſeruet. *Valete Optimi Venetæ Sapientiæ Proceres.*

Patauij. E Domo mea: Feſto die *S. ANTONII PATAVINI*, qui communi *Rogatorum Patrum* ſuffragio, omniumq; cęterorum omnium plauſu inter *VENETI IMPERII PATRONOS* adſcriptus eſt hoc anno 1652.

DE OBSERVANDIS IN LECTIONE

Auctorum præſertim ſcientiſsimorum &c.

ILlis omiſſis, quæ ex *Opuſculo de Seligendis Authoribus* colligi facillimè queunt, vt de prænoſcendo; *Cuiuſnam Prouinciæ, Ciuitatis, ac Familiæ fuerit Author; An fuerit Catholicus; An Pius; An aſſentator;* nominatimque *An ſit ex illis, quibus ad inanem aucupandam gloriam propoſitum eſt per fas, ac nefas errorem, quem ſemel ſuſceperint defendendum, ſemper tueri; vel ob inſanum in alium Authorem, vel Sectam, vel Scholam minus ſapienter, ac verè ab iiſdem prolata propugnare, falſaq; ad præclariorē etiam veris probabilitatis ſpeciē traducere; In quanā vrbe, & ſub Quorum imperio ſcripſerit* &c. Quorum plurima haberi queunt ex Authorum Vitis, ſiue Geſtis, quæ librorū initio ſæpiſſimè præponi ſolēt; vel ex *Bibliotheca* Sixti Senenſis, *Apparatu* Antonij Poſſeuini &c. vel e *Cathalogo Scriptorū* Trithemij, Bellarmini &c. vel *ex Cronologiis* Genebrardi, Gualteri etc. vel *ex Hiſtoriis Vniuerſalibus* Prouinciarum, Ciuitatum etc. vel *e Fama* apud

pios, ſinceroſq; viros, vel *e viſu* quoq; *ipſo*, ac etiã *e familiaritate cum Authoribus*: Hæc videri poſſunt peculiariter obſeruãda, dum celebres Scriptores, ac præcipuè qui ſcientias tractarunt, euoluuntur.

1. *Seligantur in vnaquaq; Scientia* præſtãtiſſimi quique Scholarum, ſiue Sectarum Principes, quique alios ſuis Doctrinę ſignis duxerũt.

2. *Alij etiam conſtanti Doctrina fama* apud ſapientes viros clariſsimi, qui vel alicui Scholæ, ſiue Sectę, vel alicui Authori fuerint addicti, verum ante cæteros Qui nulli prorſus mancipati, quiue nullo coerciti fuerunt fræno, quo minùs quid animo ſentirent, in medium proferrent, peruolutentur diligenter.

3. *Legantur illi ordinatè*, vt primo loco illi, qui primò ſcripſerunt, & ſic deinceps; *animaduertaturque, in quibuſnam* quilibet ab alio diſcrepet, *quænam* alter ab altero acceperit, *in quęnam* placita multi conueniant etc.

4. *Perquam emendati habeantur* Codices; ſecus enim turpiſsimè errabitur, & alienus nõ rarò ſenſus ex huiuſmodi Codicibus colligetur.

5. *Integri planè legantur libri*, *& prout ab Authoribus ſcripti*, non mutilati (demptis illis,

quæ

quæ verè ſunt contra fidem etc.) nō ijs, quibus aliqua fuerint addita, dempta, vel immutata.

6. *Legantur eō idiomate editi,* quo Authores vſi ſunt; prætérquam enim quodcumque idioma habet nonnulla, quorum vis, ac virtus alio explicari nequit, illi qui vertunt, *vel non ſunt verſati* ſatis in idiomate, quod perfectiſsimè nouerāt Authores; vel *ob incogitantiam, & aliquando etiā malitiā* nonnulla omittere, nonnulla adijcere, nonnulla inuertere potuerunt. Cum variæ autem ſunt verſiones, præcipuè illi euoluantur, *quorum verſionem omnibus ſpectatis Authorum menti* magis conformē eſſe cenſent peritiores. Verſiones tamen varias legere poteſt eſſe comēndabile; *tum ad* aptiorem eligendā quam quis ſequatur; *tum quia* a minùs perito edita in nonnullis locis aptior eſſe poteſt; *tum quia* varios illæ ſenſus indicare poſſunt, quorum omnes, vel plerique, vel aliqui, licet diuerſi, ac varij, Auctoris menti conformes eſſe queunt.

7 *Illi, quos e conſtanti peritorū fama* verè fuiſſe a talibus Authoribus ſcriptos præ habetur, ceteris perlegātur, qui vel cēſentur *ſuppoſititij*, vel *ſatis probabilis ſuſpicio eſt*, an ſint illorū Authorum, in quorū nomine apparent. Explora-

um eſt;plures fuiſſe inſcriptos nomine Ariſtotelis,Platonis.SS.Patrum etc in quib.contenta ab ipſorum etiam mente aliena erant.

8. *Ab exordio totus legatur liber*, nec inchoetur a medio, vel interciſa lectione media omittantur; ſecus nunquam *Auctoris ſenſum, vel Doctrinæ nexum* cognoſcet; imò ſibi ipſi illũ diſſentire non rarò exiſtimabit.

9. *Quæ præfixa ſunt libro*, ac prçſertim ſi ab Authore, nunquã prætereantur; ſolent enim ad *vniuerſi libri intęlligentiam* mirũ in modum illa conducere.

10. *Diligenter cognoſcat ex fine, vel initio libri*, An aliqua ſint corrigenda, illaque corrigat in loco qui innuitur, vel ad illa confugiat, dum occurrit locus. *Sæpè obſcurus, imò abſonus, varius etc.* erit illi Auctoris ſẽſus, niſi id præſtiterit. Præterquam Auctor poteſt aliquam *demere*, aliqua *addere*, aliqua *immutare* etc. & ex his illius mens agnoſcenda. Poteſt Auctor plura poſt eiuſdem libri immediatam ſcriptionem, ac editionem didiciſſe, quæ ad illum valde opportuna ſint.

11. *Notas quoq; Animaduerſiones, Annotationes etc.* quæ aliquando repoſitæ ſunt in fine librorum, perlegat, ſiue ſint eiuſdem Auctoris,

ſiue

: alterius, præterquã enim *miram quandoq;* *continent eruditionem*, ad *Auctorum aſſequen* *mentem ſæpiſſimè conducunt*; ideoque cum s locus occurrit in Auctore, ad talem recur dum notam etc.

12. Pedetentim euoluatur liber, & maxi- dum obſcuriùs Author loqui videtur; vel n *celebres agitat quæſtiones*, vel de *nonnullis* t, quæ noſtris non obuia ſunt ſenſibus, t ex ſe ſint intellectui manifeſtiſſima, *Non ficiunt, qui omnia curſim, & properanter tranſ- tunt*; *ideoque non auidè inuadenda vniuer-* Iuuat tamen quaſi in tranſitu totum initio currere librũ, vt aliqua rud s illius habea- cognitio perfectè deinceps diſtinguenda.

13. Non interrumpatur libri lectio fre- enti aliorum, & maximè ſi de eadem re non ant, lectione; quia facilè *illorum memoria ela- ur, quæ primò lecta ſunt*; adeoque nouus la- r ſuſcipiendus.

14. Non per partes modò perſcrutanda nia; verùm perlectus liber *ex integro reſu- ndus*, ac præcipuè, Si ſit ingenioſi, celebriſq; prudẽtis alicuius Authoris, qui ſenſus ſuos induſtria ſæpè occultat; imò euenire po- ſt, vt ex *iterata ſemper lectione* noua ſemper iſcantur.

 15. Nihil

15. Nihil quod leue etiam videatur, omittat; illud enim aut verè huiuſmodi non erit, aut non viſum eſt Authori tale, cui potior fides habenda, aut certè ſine illo multornm, quæ Author dicit, Lector notitiam non aſſequetur, vel non ita perfectam.

16. Particulæ quælibet, imò & Interpunctiones diligenter obſeruandę; neque enim temerè, & inconſulto, ſed *ſummo conſilio* Sæpiſſimè ſaltem, illas fuiſſe appoſitas a celebri Authore cenſendum eſt. Has ſi quis non ſedulo attenderit, ſæpè abſonos, imò & impios quandoque ſenſus Authori tribuet.

17. Vbi librum quis aliquantulum legerit, illum deponat, lectaq; & ordinatim prout ab Auctore tradita, ſecum mente euoluat, vel etiam *eadem, ſed breuius, ac non iiſdem planè verbis*, niſi in quibuſdã, *in cubiculo ſolus*, vel *coram aliquo familiari repetat, recurratq; ad librum*, vbi quædam, in quibus eſt aliquod momentum, ſibi non occurrunt.

18. Digitis diſtinguat enumerans, quæ primò legerit, aut didicerit, quæ ſecundò etc. experientia declarare poteſt id eſſe ad ea, quæ leguntur, memoriæ tradenda, eademq; cuſtodienda valde opportunum.

19.

19. Non multùm temporis in legendò impendatur; fatigatio enim tum *valetudini*, tum etiam *intelligentiæ* valde obeſt.

20. Sollicitiori ſtudio legantur illa, in quibus Authores peculiariter operã ſuam poſuiſſe cognoſcitur; quandoque enim leuẽ adhibuerunt in nonnullis, quæ *aut leuis reuera èrant ponderis, aut Authoribus talia viſa ſunt*; vel licet eſsent multi, *iam erant ab alijs* copiosè, ac ſatis tractata etc.

21. Libri poſthumi, & qui imperfecti ab Authore relicti ſunt, minori cum diligentia legantur, quam qui ab Authore viuente editi, & quibus vltima illius manus admota. *Noſtris hiſce ſæculis fraudem hanc verè Capitalem* acceſſiſſe certò conſtat, vt aliqua libris, qui ab Authore defuncto relicti ſunt, addita fuerint, dempta etc.

22 Libri omnes ab eodẽ Authore ſcripti legãtur: nã ſępiſſimè in ſubſequentibus *confirmat in antecedentibus dicta, ſoluitque obiecta ſibi poſt libri editionem, & aliquando etiam priorem* reuocat, aut moderatur ſententiam.

23. Vocum ſignificatio in primis percipienda, in qua ſæpiſſimè Authores diſcrepant, licet in re conueniant. *Scholæ, ac ſectæ*

quaſdam voces ſibi peculiares fecerunt; imò *nonnullus Author id etiam ſibi vindicauit. Sæpe enim quis alienum poteſt tribuere ſenſum Auctori*, eò, quòd illum intelligat iuxta vocum ſignificationem ſibi, vel alijs communiter notam: *Sæpe etiam aliquas damnabit conſequentias, theſes etc.* quæ re ipſa damnari poterunt, imo debebunt, ſi communis attendatur ſignificatio; & *hæ tamen non erunt damnabiles, imò erunt potiùs laudabiles, ſi attendatur peculiaris ſignificatio apud hũc Auctorem* etc. Quid mirum autem, ſi in terminorum, e quibus conſtant propoſitiones, acceptione non ſit conſenſus, quod *ſit diſſenſus in propoſitionibus, adeoq; etiam in concluſionibus*, quæ ex illis deducuntur?

24. Quarumdam Particularum, Clauſularum, Diſtinctionum etc. vim peculiariter habeat perſpectã; ſecus enim in *plurimorum intelligẽtia* ſępiſſimè errabit, ac turpiſſimè. Hę apud Scholas, Sectas, Auctoreſq; *variam, imò oppoſitam* quandoq; ſortiuntur ſignificationem.

25. Quæſtionis ſenſus, ſi de re controuerſa ſit liber, *cum difficultatis legitimo*, vt dicitur, *puncto* ante cætera tenendus.

26. Rerum intellectus non rarò ex illis hauriendus, quæ præeunt, ac ſubſequuntur, ac nomi-

minatim e *Proemio*, ſi extet.

27. Authorum mens exploranda e locis illis, in quibus *de induſtria*, & *ex propria ſententia* de re aliqua agunt, illamq; definiunt, non e locis, in quibus *prætereuntes*, vel *ex aliorum ſenſu*, vel *dubitantes* loquuntur.

28. Licet in exemplis dicatur non requiri veritatem, ſicuti nec in paritatibus, quæ ſæpiſſimè ex aliorum ſententijs colliguntur; ſi tamē probationes, vèl argumētationes niterētur illis, adeoq; etiam Authorum ſententiæ, dū illa eſſe falſa, aut minus probabilia deprehēdatur, falſæ, aut minus probabiles erunt etiam huiuſmodi ſententiæ. Cum autem afferuntur ſimilitudines, ſiue comparationes; *Attendatur, in quonam illa afferantur*; neque enim in omnibus cōuenire debent, quæ ſimilia ſunt, aut quæ comparantur; nam ſecus eadem forent.

29. Animaduertatur e celebrioribus ſcientificis complures hypotericè, non abſolutè locutos fuiſſe, & ex illis *Conditionatis Principijs ſiue Propoſitionibus* aliqua deduxiſſe, quę poſtea nonnulli minùs periti, tanquam omninò certa, ac in certis, vel euidentibus Principijs fundata, etiam alijs leuiter in ſcientijs verſatis vēditarunt. Quare examinetur, *An Principia, quibus*

opinio

opinio aliqua ſtabilitur, ſint hypotethica: Nè tamē omnes contemnantur ex illis conſequentiæ, nam multa occurrere poſsūt ſcitu digna. Nunquam tamen concluſiones ex his euidēter etiā deductæ dicantur ſimpliciter ſcientificæ.

30. Principia, quibus Authores ſuas probāt concluſiones, ac opiniones, exactè teneantur, in illaque reſoluantur. Diſcutiatur verò, *An illa ſint omnibus Scholis, ac Sectis Communia, An vnius vel alterius Scholæ, vel Authoris præcipui, An Certa, An Euidentia, An Probabilia tātùm, An Fallacia quandoque*: Et cum principia quidem, per quæ vna Secta, vel Schola diſtinguitur ab alia, non poſſint eſſe niſi Probabilia, vel ad sūmū Probabiliora, opus eſt, vt opiniones, quæ ab illis pendent, ſint quoq; ſolùm ad ſummum Probabiles, vel Probabiliores.

31. Perpendatur, an argumentationes, ſiue probationes, quas Authores afferunt, ſint erutæ *e locis Euidentibus, vel Certis*, an *e Probabilibus*, an *e Captioſis*, an *e Proprijs vniuſcuiuſq; ſcientiæ*. Id enimuerò præſtari non poterit ab illo, qui leuiter euoluerit *libros octo Topicorū, duoſque Elenchorum ab Ariſtotele editos*; aut ignorauerit Quinam ſit loci *Mathematicorum proprij, Quinā Iuriſconſultorum* cum ſuis limitationibus, ſiue exceptionibus etc.

32. Si

32 Si quę ab Authore nõ probata legãtur; *attendatur*, An illa innoteſcât vel ex alibi dictis ab eodẽ Authore, vel facilè legenti occurrere poſsint. Nulli verò propoſitioni præbeatur aſſenſus, niſi *vel illa pateat* expoſita vocum ſignificatione in ſe, aut in ſuis principijs; *vel illam* ſufficiens auctoritas, aut experientia, aut ratio ſuadeat.

33. Notetur Ordo, ſiue Methodus, quo ſuam exponit Author ſententiam; nam *Quò hic aptior, eò maior* illius indicatur peritia.

34 Mentis oculus defigatur in modos loquendi, quos Authores in probandis ſuis effatis vſurpant; nam poterunt eſſe *Noui*, atque ad illa quæ intellectus nouit, ac in medium protulit, ſatis congrui; vel *ſi Antiqui*, alium reddere poterunt ſenſum, vel ampliorem etc.

35 Non eo quòd aliquid falsè, vel minùs verè etc. cognoſcatur eſſe ab Auctore ſcriptũ, exiſtimetur cætera omnia eſſe improbabilia, a veritate deflectentia longiſsimè etc. Sicuti neque ſi quid verè, aut etiam multa verè cognoſcatur eſſe ab Authore ſcripta, in omnibus *Veritatis ſpiritũ illi e Cælo miſſum* fuiſſe putetur.

36. Non omnia, quę aliorum inducta perſona Author ſcribit, eſſe illius menti confor-

mia

mia cenſeantur: Suam ſæpe, ac *in Dialogis* nominatim, prudens Author diſſimulat ſententiã; quæ ex illius Principijs eruenda. His Authorẽ diſſentire interdum etiam cognoſcet.

37 Si quæ falſa, aut Diuinæ authoritati, aut experientiæ, aut rationi repugnantia, vel Sophiſtica protulit Author, reijciantur; *nec vllis Cauillorum laqueis irretiri ſe ſinat.* Negetur etiam aſſenſus illis, quæ ex his conſequuntur. ſaltem tanquam non abſolutè certis, ſiue veris.

38 Haud cenſendum omnia planè verba, inſtar Sacrorum Codicũ, quæ leguntur in præſtantiſſimi Doctrina viri libris, mira continere miſteria, miros, reconditoſque ſenſus; imò ab omni penitus, vt opus eſt, adulatione remotiſſimus, ſinceritatiſq; amãtiſſimus lector *illum aliquando dormitare putet:* Satis, eſt ſi in pleriſque & conſultò non errauerit. *In multis Author etiam celebris fidem alijs habere debuit,* a quibus vel *ex incogitãtia, vel e malitia* decept⁹ fuit etc.

39 Si quæ non candidè, vel non modeſtè contra alios dicta legantur; hæc prorſus miſſa fiant.

40 Sicuti non facilè exiſtimandum Auctorem celebrem ſibimet repugnãtia aſſerere; ita ſi apertè noſcatur, aliqua cum illius principijs

non

:ſſe cōſētanea,& ex illis cōſequētia, *haud ſo-*
mata excogitētur, quibus veritati fucus fiat.
1 Quæ non intelliguntur, ab alijs ſecer-
tur, ac reponantur etiam quandoque ſeor-
deſcripta in carta, *vt peritiores interrogen-*
, *vel repetita lectione illa* ediſcantur.

42 Si quid peculiari animaduerſione di-
im inueniatur, *vel* memoriæ diligentius il-
mandetur, *vel* calamo committatur, *vel*
uliare ſignum apponatur etc.

43 Si aliqua ſuis fauētia placitis lector re-
iat, illa obſeruet ſedulò ad eadem confir-
nda: *ſi aliqua diſſentanea*, vel ratione victus
tentiam mutet, aut illorum inueſtiget ſolu-
nem, ſi hæc minùs probabilia, aut ſophiſti-
videantur.

44 Cum Auctores ſemet negatiuè habent
aliqua queſtione, pro nulla parte illi afferri
eunt, niſi ex eorum principijs clarè eorum
nſus colligatur. Si tamen *aliquis Author va-*
s opiniones afferens nulli explicitè adhæreret,
tamen alias conſueuerit reprobare illas, quæ ſibi
dentur improbabiles, aut aliàs ſolitus fuerit ſen-
m ſuum circa illas explicare, argumentum eſt,
as admitti ab illo tanquam probabiles.

45 Cum Author dicit, *Hæc opinio eſt Proba-*
bilior,

ſcendum In qua ſignificatione illas ſumant. Interdum quidem illas adhibere queunt conſultò, *ne illorum mens certò deprehendatur*, adeoque a nonnullis non poſſint meritò reprehendi, aut minoris ſapientiæ accuſari, ſi quando veritas manifeſta redderetur. Reipſa aliquando ipſi neſciunt, quid aſſerendum.

49. *In meliorem ſemper partem Auctorũ verba benignè interpretetur*. Licet ipſe *a nimio in Auctorem amore* eſſe debeat Remotus, multò tamen magis ab *Inuidia, Odio etc.* hæc enim efficeret, vt etiam *certò bene dictis*, ne dum *ambiguis*, *incongruum*, imò qui *aliquam criminis notam Auctori inurat, vel inurere poſſit, ſenſum tribuat, & hũc etiam euulget, indicetq; etiam alijs* ad aliquod damnum, et quandoq; etiam graue, Auctori inferendum etc. Si in alterutro peccandum, magis in *Amore* peccet.

50. *Vbi nouit aliquos Scriptores eſſe alterius* viri, maximè in doctrina celebris, æmulos, *ne præceps ſit in ferẽda ſententia pro illa parte, in quã aliàs ipſe propenſus eſt*, ſed ſolertiſsimè omnia examinet; *ideoque caueat, ne æmulorũ dicta, ſcriptaue ſolũmodo attendat*; erit enim iniquus cauſæ meritorum æſtimator: *Imò potius ipſe legens ſcripta eorum, in quos propenſus eſt animum in-*

ſenſum

non idcirco ab eo arbitretur *probari illud ſequens*, ſiue *exiſtimari conſequens ita ſe ere*; *vel cenſeri talem ſententiam probabilem que*; imò potius per ſe putandum con-riæ eum adhęrere. Si quis enim v.g. arguat ra aliquos, qui ediderunt, *Ebrietatem nō eſſe rinſecè malam, ſed poſſe adhiberi ad tuendā ſa-atem e Conſilio Medici etc.* Quod hinc ſe-eretur, *Pollutionem* quoq; *voluntariam* eſſe li-am ratione ſanitatis &c. *Quia* magis videtur *contra rectam rationem*; *quod homo qui eſt imal rationale, voluntariè ſe priuet vſu ratio-*, quam quod expellat humorem ſuper-um, ac noxium aliquem, quo expulſo quan-que vſus rationis aptior eſſe poteſt: *Nec mi-s etiam videtur eſſe contra rationem, quod vino atura inſtituto, vel ad ſitim ſedandam, vel ad vt ſit cibi vehiculum vel illius concoctionem, tet &c.* quis vtatur ad finem Naturę rationa-diſſonum; Quam quod quis ſperma volun-iè emittat non ad prolificandum, propter od videtur illud natura conceſſiſſe animali-s; *Nec minus* ſaltem videtur *reprehendi, tan-ametiam excludens à Cælorum Regno, Ebrietas*, ā Pollutio in Sacris Litteris; *Nec maior dele-tio*, quæ videretur conſequi ex pollutione, am ex ebrietate, *indicare videtur deformitatē*

 ſem-

ſemper intrinſecam, cũ ſit *quid conſequens*; *videturq;* prius *explorandum, an talis obiecti natura ſit intrinſecè mala*: & ex ebrietate quidem *aliqua etiam Oritur delectatio*, & in nonnullis ſumma. Si autem ſemel conceditur ebrietatem eſſe licitam, *facilè ſuadebunt ſibi homines eſſe talem ſæpiſſimè*; Quod *certè non poteſt non eſſe Naturæ rationali valde graue*, & multò magis quam dicatur de pollutione ſemel admiſſa; nam hæc officeret ad ſummum *Naturæ humanæ, quatenus vegetatiua* eſt, non *quatenus rationalis* vt ſic. Qui argueret ita; quis cenſuerit, eum exiſtimare pollutionem voluntariam eſſe licitam? potius exiſtimandũ eſt, iſtũ arbitrari, tum ebrietatem, tum pollutionem inter intrinſecè mala reponi.

54 *Peculiariter attendas* Particulã *etc.* Nam 1. *quandoque* cùm aliqua poſſint eſſe doctori facilè nota, vel ab Auctore id præſupponatur, breuitatis cauſa illa additur. 2. *Quandoque eſt quaſi reticentiæ figura*; ſuppt enim Auctor à prudente & ingenioſo lectore aliqua ſubintelligi etiã grauiora, maioriſq; ponderis, quã iam explicitè tradita, quæ non decet, aut expedit, vel opportunum tutis eſt apertè indicari. Sic etiam quandoque *Optat* ſcriptor, vt *ob nulla fiant*, vel *non fiant*, quæ re ipſa fiunt, vel non fiunt, ne in aliquorũ incurrat odium, inuidiam

etc.

ſi Indicatiuo modo de illis ſermonem habe-
. Sic quoq; interdum loquitur *Conditionatè*;
m ſi *abſolutè* loqueretur, timere ſibi poſſet
quod graue damnum ab illis, quorum vitu-
taret v. g. errores, crimina etc. *Quo maiori*
udentia præditus cenſetur Auctor, eò ſolertius
us mens e quibuſdam exploranda Vocibus.

55 *Caueat lector*, ne Auctoris celebris ſen-
ntiam ad ſua propria detorqueat placita, *ita*
in illa videatur inclinare, licet re ipſa illis
pugnet, aut certè non conſentiat.

56. *Cum Author dicit* relata opinione, *Vide-
t Alij, an ſit probabilis*; *Aliorum ſit iudicium de
is Opinionis probabilitate*, iudicium ſuum circa
obabilitatem non ſe interponere oſtendit.
Adiunctis autem cenſeri poteſt, illam iudi-
ſe probabilem; *vtpote quia Authores fama con-
ſuos pro ea attulit*, & maximè ſi aliquos, quos
bi attulit ad aſſerendam aliarum Opinionũ
obabilitatem; *vel ſoluerit argumenta contra il-
i propoſita*. Apertè verò noluit ille forſan
opter extrinſecas cauſas probabilitatem in-
are. Eſt Verum quidem, vbi quis celebris
thor dixerit ſincerè, & apertè; *Viderint alij,
hæc Opinio ſit probabilis*, tunc accedente ali-
us docti re vera Viri iudicio illam poſſe red-
probabilem, & maximè.

57. *Cum Author duas Opiniones affert praeciſè cum ſuis probationibus*, cenſetur potiùs approbare illam, quam *ſecundo* attulit *loco*, niſi allata ſimpliciter prima opinione addat, *Alij tamē dicunt*, vel illa laudata ſubijciat, *Secunda autem Opinio &c.* Cum verò Affert duas cum ſuis probationibus,ac ſolutionibus,nulli adhæret, niſi conſueuerit ſenſus ſuos aperire; nam tunc vtramq; videtur probare; *neque enim argumentorū ſolutio reddit per ſe opinionem improbabilem* vt dictum eſt n. 44. Soluit verò Author quandoque argumenta pro vtraque opinione, vt coarguātur *inſcitiæ, vel ingenij hebetudinis illarū aſſertores*, qui putant, ſiue etiam ſcribunt, illas eſſe euidentes, certas omninò &c.

58. *Cum Author expoſita Opinione aliqua* addit: *Hanc tamen non auſim conſulere*, declarat ſe propter imminens periculum, ſiuè adiuncta, quæ vt plurimum occurrunt, nolle illius praxim conſulere; non verò ſignificat, quod ſi tales non adſint circumſtantiæ,aliquis illam non poſſit amplecti, & hoc maximè, ſi illam efficacibus, aut valde probabilibus firmauit rationibus: Sic enim & quando aliquis dicit, *Hæc Opinio eſt Probabilis Speculatiuè*, ac de eadem ſubdit, *Attamen non eſt Probabilis Practicè*, ſolùm à perito ſignificatur, *quod propter quædam adiun-*

cta

ſta, quæ frequentiſſimè, vel vt plurimum occurrunt, cũ Opinio ſpeculatiuè probabilis ad praxim deducitur, id ſine peccato, vel proximo periculo peccati præſtari non poſſit. Si tamen quandoq; illa nõ occurrant, (quod fieri poteſt) Opinio quæ eſt ſpeculatiuè Probabilis, erit etiã Practicè Probabilis.

59. *Cũ Author* dicit abſolutè, *Hac Opinio eſt amplectenda, Huic adhæreo &c.* non propter hoc negat oppoſitæ probabilitatẽ, maximè ſi illius probabilitatẽ ab alijs Doctoribus aſſertã apertè non reijciat, vel Doctores celebres, & qui poſſunt oppoſitam reddere probabilem, ipſemet attulerit.

60. *Cum Author aliqua Opinione allata* dicit, *Huic Opinioni adhærerem, ſi aliquem Doctorum mecum ſentiẽtem afferre poſſem,* id ait aliquando modeſtiæ cauſa; nam poteſt is eſſe, qui ſolus etiam probabilitatis vim opinioni etiam ſingulari tribuere poſſit. Quod ſi reperiatur aliquis vir doctus eam approbãs Opinionem, *Authorẽ, qui ea protulit verba, pro eadem afferre licet;* immo fieri poteſt, vt ambo ſimul eã probabilitatẽ tribuere queant, quam ſinguli non poſſent. *Similiter* dum Auctor ait, *ſub aliorum cenſura aſſerueri, vel aſſero ita dicendum &c.* ſignificat ſe quidem ita ſentire, ſed cum timore, ſiue ſuſpicione qua, an id ſit probabile, adeoq; notam huic

cenſuram Improbabilitatis meritò ſubeat. *Modeſtiæ cauſa* id quandoque ſapientiſſimi proferunt Auctores, *cum quid noui, vel contra communem plane aliorum ſenſum proferunt*. Vt cenſuræ fides iure habeatur, *oportet vt qui eam apponit, ſit præſtantior Scriptore, afferatq; rationem*; Quæ ſi non affertur, vel etiamſi ab aliquo, vel aliquibus afferatur, *dummodo alij viri doctrinâ præſtantes illi adhæreant ſenſui*, tanquam omninò probabilis, imò tanquam probabilior quãdoque hic admittendus.

61. *Cum Author* dicit, *Si quis id aſſereret, vel ita ſentiret, non facilè coargui poſſet*; *Haud talis pronunciati falſitas euidenter poſſet demonſtrari*, ſiue *non euinci poſſet falſitatis*, non hoc ipſo indicat huius Opinionis Probabilitatem; in medio enim poſitiuo illa fundari debet: Sicuti neq; quando dicit, *Hæc Opinio non eſt Improbabilis*, hoc ipſo indicat, Illam eſſe probabilem; poteſt enim dari aliqua opinio, *cuius poſitiuè nec Probabilitas, vel Improbabilitas affirmetur, vel negetur; adeoque intellectus ad aſſerendam Probabilitatem, vel Improbabilitatem anceps maneat*. Id autem dicitur, ſi ſignificatio Vocum *propriè, ac ſtrictè*, vt loquuntur Scholæ, ſumatur; nam non tantummodo *ex modo loquẽdi Authoris conſueto*, vel *ex antecedentibus colligi poteſt*, Authorem verè ſen-

ſentire illam probabilem eſſe; verum etiam ex frequenti modo loquendi videtur ſenſus eſſe, *Quod Opinio iudicetur Probabilis, ſi aſſeratur non eſſe Improbabilem*; ſicuti qui ait, *Anima equi non eſt immortalis*, conſequenter dicit, *eſt mortalis*, *&c.* plura enim prædicata, quæ negationem alicuius formæ important in ſubiecto, contrariæ poſitionem indicant.

62. *Cum Author* ait, *Videtur hac Opinio Certa, Euidens*, *&c.* non abſolutè cenſet illam eſſe talem; nam verbum *Videtur* iudicij infirmat certitudinem. *Sic etiam* dum ait, *Videri poſſet alicui Certa, Euidens, Probabilis*, *&c.* innuit ſibi haud videri talem, haud tamen illa deſtitutam eſſe probabilitatis ſpecie, quæ alium virum doctum ad illi aſſentiendum allicere non poſſet: quare eſt ſuſpenſio potius iudicij determinati circa illius Opinionis Certitudinem, Euidentiam &c. *Sic quoque* dum Author ait, *Videri poteſt hæc Opinio Certa, Euidens, Probabilis &c.* minus in illam inclinat, quam cum abſolutè ait, *hæc Opinio Videtur Certa, Euidens &c.* Ex adiũctis tamen quandoque haberi poteſt, Authorẽ illam cenſuiſſe omninò Probabilem, Certam, &c. Et poſſunt quidem Authores magis ſcienter has ſimileſque voces proferre promiſcuè indicandos animi ſui ſenſus, ſiue certos, ſiue

dubios; ſiue inclinantes in vnam partem cum formidine tamen maiori, vel minori &c. *Quo quis eſt peritior, eò magis attendit, quibuſnam vocibus vtatur ad patefaciendas alijs mentis ſuæ cogitationes, maximè dum res ſunt valde controverſæ,* aut *cum certis hominibus agendum, qui omnia obſeruant,* vel *ob doctrinam, vel ob inuidiam &c.* Ideoque *Obſeruationes*, quæ *in hoc Opuſc. reponũtur*, non ſunt omnes Authori cuique cõmunes.

63. *Cum Author* ait, *Dubito an hęc opinio ſit Vera, Certa &c.* ſignificat ſe nec cenſere, nec nõ cẽſere illam eſſe Veram, Certam &c. quare illius auctoritas nullum pondus illi opinioni addit, niſi quatenus hæc ex illius auctoritate non poteſt reijci tanquam falſa, incerta &c. immo afferri ille poteſt pro ſentẽtia negante falſitatẽ.

64. *Cum Author* ait, *Hæc Opinio per locum extrinſecum eſt Probabilis; Per locum intrinſecum non eſt Probabilis*, ſiue *nõ Videtur Probabilis: Oſtẽdit*, ſibi quidem non apparere rationem *e Locis Topicis*, a qua inclinetur ad illius aſſenſum; aſſerit tamen illam eſſe talem, quia Authores alij eam cenſuerunt eſſe Probabilem, ac ij fuerunt, qui illam reddere probabilem potuerunt. Putandum autem eſt communiter, nonniſi aliqua ratione, nec leui, impulſos fuiſſe celebres Doctores ad illius aſſerendam Probabilitatem.

Fieri

i autem poteſt, vt eadem Opinio *propter ali-*
um authoritatem iudicetur Probabilis , quæ
pter *aliorum Authoritatem iudicetur Impro-*
lis , & hoc idem iudicium de Improbabili-
rurſus iudicetur ab aliquibus viris Doctis
robabile, ab alijs Probabile &c. Quod idē
tur de *Loco Intrinſeco* Rationis Probabilis.
5. *Cum Author duabus*, quæ oppoſitæ vi-
tur contradictoriè , *opinionibus adhærere vi-*
r; Vel illæ non ſunt verè oppoſitæ, ſed ap-
enter tantùm, & non obſeruatis quibuſdam-
iculis &c. Vel ſi ſunt oppoſitæ Verè, tunc
endus pro illa, quam poſtremò attulit . *Sa-*
rò Auctor vtramque opinionem , licet inter ſe
oſitam, *potuit cenſere, ac meritò, probabilem* ;
lata etiam ſecunda, in quam per ſe videtur
inare , *poteſt non rarò* primam adhuc cenſe-
robabilem ; *imò fieri poteſt*, vt illa ſit reapſe
abilior, ac præterea ſit ab ipſomet Aucto-
otioribus firmata rationibus, quam poſtre-
, *licet propter extrinſecas cauſas ſecundam po-*
videatur amplecti. *Illud quidem Veriſſimum*
ſicuti non eſt temerè iudicandum (vt indi-
um eſt etiam n. 40.) *Virum Doctum facilè ad-*
antes omninò prioribus ſententias edere, dum-
lo priores ſint verè probabiles, non indica-
Item adhuc ipſarum probabilitate, vel *in-*
trin-

trinſeca, vel *extrinſeca* (ſupponitur autem id liberè ab illo præſtari, & non coactè, *quod tamē ſæpe ſæpius euenire poteſt* in certis regionibus, ac Religionibus &c.:) *ita non eſt putandum à Viro etiam doctrina conſpicuo alienum*, maximè ſi plures, ac de diuerſis materijs libros conſcripſerit, quod interdum ſibimet diſſentiat.

66. *Cum Author verè Doctus, ac prudens abſolutè ſuos profert ſenſus*, non addens, *Id eſt Certum, Id euidens &c.* Solum tanquam probabiles, vel ad ſummū probabiliores ſuas affert ſententias, niſi aliunde cōſtet, *vel illum animo eſſe adeo elato*, vt ſibi ſoli, & in omnibus veritatis lumen fulſiſſe putet; *vel illum loqui ex ſuppoſitione principiorū à ſe poſitorum*; in quibus tamen conſecutionibus adhuc errare potuit, maximè ſi ſint complures, alijſque connexæ ſcientijs, in quibus ipſe parū verſatus ſit: præterquam hæ ex illis Principijs conſecutiones potuerunt eſſe dumtaxat probabiles; ſic enim ex ijſdem *Fidei Principijs* Theologorum Scholæ, ex ijſdem *Ariſtotelicis Principijs* Peripateticorum ſectę oppoſitas etiam ſententias educunt &c.

67 *Cum Auctor verè Doctus, ac prudens*, ait, *Hęc Opinio eſt magis Vera, At oppoſita videtur magis Pia*, indicat, *Magis veram eſſe per ſe amplecten dam*; nam ibi ſolùm poteſt eſſe *vera Pietas, vbi*

eſt

eſt Veritas, & opinio poteſt eſſe ſolùm *Magis Pia Verè*, quæ *Magis ad veritatem accedit*; nec Opinio, quæ eſt vera, aut cui Veritas magis fauet, poteſt ab vllo ſanę mentis vocari *Non pia*, multoq; minùs *Impia*.

68 *Cum Auctor* ait, *Hæc opinio eſt Temeraria*, ſignificat *illam ſufficienti authoritate, aut ratione non niti*; Quæ ſi aliunde appareat, quod non rarò accidere poteſt, maximè cùm recentiores nominatim Authores ſint ad cenſuras propenſiſſimi, *temerè* locutus eſt Author; *ſicuti & ſcandalosè* ſcripſit, cum *ſcandaloſam* appellauit opinionem, quæ eſt *conformior legi Diuinæ*, *aut Naturali*, *vel eſt Probabilis*, ſolumq; idiotę, ac parum prudentes inde peccandi anſam arriperent etc. Minorem inſcitiã, ac imprudentiam exhibent illi Authores, qui loquentes de opinionibus, quas alij viri Docti, ac pij ediderunt, aiunt, *eſt*, ſiue *videtur*, *mihi*, vel *alijs*, & *alijs Temeraria*, *Scandaloſa* etc. Singularem verò prudentiam, ac ſapientiam præferunt illi: qui ab huiuſmodi cenſuris abſtinent; nã norunt etiam pleriſq; alijs, & ſępè illis, quas ipſi, aut multi ex ipſorum cœtu etc. edũt, eaſdem & forſan grauiores notas inuri poſſe, ab inuidis, vel maleuolis, vel parum doctis etc.

69 *Cum Author* ait, *Indico talem opinionem*

eſſe

eſſe certam, euidentem, Probabilem etc. idem eſt ſępiſſimè, ac *Opinor*: nam verbum *Iudico*, frequenter in hac ſignificatione vſurpatur. Idem multò magis cenſendum, cùm ait *Sentio*. Quare cum ambiguæ ſint non rarò voces, quas Authores adhibent ad ſuos animi ſenſus indicandos, non facilè pronunciandum eſt, Authores ſtare pro hac ſententia, omninò contrariam cenſere Improbabilem etc.

70 *Cum omnibus perpenſis* ignoratur, *An Author vni, vel alteri ſententiæ adhæreat*, licet pro nulla certò afferri poſsit; poteſt tamen magis veriſimile videri *illum, ſi ſit doctrina, ac prudentia conſpicuus, magis eſſe propenſum in illā, in qua magis apparet* veritas, & maximè ſi efficaciores pro illa attuliſſe probationes videatur. Quod adhuc erit magis etiam probabile, ſi probabile ſit aliunde, eum ad hanc inclinaſſe ſententiam.

71 *Cum Auctor, vbi latè de aliqua Opinione diſſeruit*, abſolutè ait, *Contraria conſulenda eſt etc.* cenſendum eſt, contrarię huic adherere, niſi aliunde conſtet, hæc ab eo dicta, *vel Modeſtię Cauſa, vel Ne in aliquorum offenſionem incurrat, vel ſolum Ne parum Deum timentibus, parumue peritis, & qui non omnes circumſtantias, cum quibus Opinio profertur, aſſeriturq; Probabilis, attendunt, occaſionem offerat vllam in peccata, & maximè*

rania cōtra Caritatē, aut Iuſtitiam labēdi etc.
acia enim, vel quæ efficacia videri queunt
ımenta Auctores quandoque proponunt
ſententia, cui non adhærent, *aut* ad Audi-
ın, vel legentiū acuendū ingenium, *aut* ad
uorum declarandam *imperitiam*, qui talem
nionem docuerunt eſſe euidentem plane,
ıino certam &c.

2 *Cum Auctor celebris ait, Hæc Opinio eſt Pro-
lis*, licet quandoque etiam nullam afferat
ɔnem, illi fides haberi poteſt; *non temerè
ıpponitur*, quod ille id tradiderit, & præci-
ſi explicitè, *ſed aliqua ſaltē probabili ratione
lſum*. Videndum tamen, An in Materia, de
iſtud fert iudiciū, ſit verſatus; neque enim
hematico, cęteròqui etiam celebri, Philoſophia
ro rationabilis aſſenſus præſtari poteſt, ſi
ıens de Philoſophicis pronunciaret, *Hæc
io eſt Probabilis, vel Improbabilis*, niſi aliūde,
n ex iſtius auctoritate, ſententię Probabi-
, vel Improbabilitas cōſtaret. Idem *de Phi-
ho Mathematicæ imperito*, aut parum perito
lathematicis etc.

3 *Cum Author* pro confirmatione ſentētię,
m ipſe approbat, aliā affert vtcunque ſen-
ıā, non poteſt pro hac afferri, *niſi illa, quam
citè probat ipſe, aliunde propugnari non poſſit*.

quam

quam ex paritate illius, vel ſimilis ratio vehementer vrgeat. Leues non raró ſunt paritates, ſimileſque rationes etc.

74 *Cum Author* ex occaſione profert aliquã ſententiam, quæ nullam videtur habere cõnexionem cum ſententia, quam ipſe proponit, *Si pro illa aliquam afferat rationem, vel ab alijs allatam probet*, illius quoq; aſſertor ſententiæ appellari poteſt; multoq; magis, *Si e principijs a ſe poſitis eam deducat*; ſępè enim celebres Authores e principijs poſitis pro aliqua opinione, quã ex profeſſo tractat, alias longè diuerſas ſtatuunt queſtiones: imò *quandoq; ijſdem* antecedentes à ſe probatas ſententias validiſſimè aut probant, aut confirmant. *Qui non raró vel quia ſic ſolentia exigere videtur, vel quia inductus mos id poſtulat*, aliquas queſtiones agitare coguntur, quarum perfecta ſolutio, aut cognitio nonniſi e longè ſubſequentibus haberi poteſt.

75 *Cum Author deducit aliquas Opiniones*, quæ videantur etiã *ſingulares*, vel *nouæ, ex aliorum Authorũ Principijs*, ſiue euidenter, ſiue probabiliter, *hi poſſunt pro iſtis opinionibus afferri*; nam in illas ſaltem implicitè inclinarunt.

76 *Cum Author* ait, *Si quis id aſſereret, non facilè poſſet conuinci*, vel *nõ poſſet conuinci etc.* nõ hoc ipſo eas approbat ſimpliciter opiniones,

nec reddit eas (etiamſi eſſet illius authoritas ad id, ſufficiés) probabiles, niſi aliunde conſtet ex illius mente Exiſtimat tantummodo, eſſe probabile, vel euidens, non poſſe euinci falſitatis qui id aſſereret etc.

77 *Cum alicuius Schola, vel Authoris ſectatores* nudam proponunt Scholæ, vel Authoris ſententiã; illam non examinãdo, nihilue momenti alicuius addendo ſiue in probationibus, ſiue in ſolutionibus argumentorũ, vel clariùs explicãdo etc. ſed *tanquam* oues, aut *volucres aliã praeuntem ſequuntur; ſiue tanquã hederæ aliorũ ſequaces* ſunt, nullum pondus maioris veræ probabilitatis illi ſententię addunt, multoq; minus inter Auctores numerandi ſunt.

78 *Cum Auctor ipſe* aliqua reponit in *libri margine*, aut in *Præfatione*, aut *in Cap. Titulis*, *Summis*, vel *in libri Breuiario*, aut *Indice*, quę ſemet ſcripſerit, ac præſertim ſi in his rationem etiam afferat, vt contingit interdum, etc. *his deduci queunt probabiles aliqui Auctoris ſuæ*; imò non pauca, quæ in libro ipſomet poſuerit, iuxta illa erunt explicãda.

79 *Cum Author* allata aliqua opinione, vel duabus allatis Opinionibus ait, *Tu cogita*, *Tu vide* etc. licet per ſe hæ voces indicare videãtur ſe nec approbare, vel reprobare illam,

aut

aut illas; *Sæpè tamen E circumſtantijs poteſt certò colligi*, ab illo vnam, vel ambas quoque cenſeri probabiles; illiſque tanquam probabilibus poterit alius adhærere, Si ſit Author idoneus ad id iudicium, vel ad conciliandam Opinioni Probabilitatem ac.

80 *Cum Auctor* expoſita aliqua Opinione, de qua modò etiam contēdunt viri Catholici, & Doctiſſimi, ac Prudētiſsimi, ait *Hæc Opinio eſt certa, eſt euidens, eſt Catholica* etc. Senſum ſuum vel aliorum tantummodo indicat, qui ſæpiſſimè oritur *vel ex ignorantia, vel ex iudicij imbecillitate, vel ingenij hebetudine nō aſſequente aduerſantium rationum vim, aut ſuarum probationum infirmitatem, vel ex nimia propenſione in talem opinionem, aut illius Authorem, vel ex adulatione ad gratificandum nonnullis*, quibus eſt gratiſſimum vt opiniones aliquæ cum huiuſmodi notis edantur, vt facilius illæ in Scholas inducantur, & in vulgus emanent ad quoſdam priuatos ſuos fines etc. Poterunt quidem nonnullæ appellari, vel appellandæ prorſus erunt *Certa, ac euidentes*, ex principijs quibuſdam neceſſariò collectę: Quę cum ſint vel Probabilia tantūmodò, vel etiam falſa quādoque a Sapientiſſimis viris exiſtimentur, opiniones illæ ex ſuppoſitione tātummodo erunt tales. *Verùm non ſimpliciter*, ac abſolutè a *prudenti ac verè ſapienti Authore iſta dicendę erunt Certa, Euidentes, Catholica etc. Ne in errorem, aut in non congruos de contrarijs ſententijs ſenſus* Lectores inducantur, quorum plerique ſunt parum cauti, vel periti &c.

Finis Opuſculi.

IVLII CLEMENTIS
S C O T I

COMITIS PLACENTINI &c.

IN PATAVINO GYMNASIO

Extraordinariæ Philoſophiæ Profeſſoris

DE OPINIONIBVS
Generatim Seligendis
OPVSCVLVM PRIMVM.

Patauij, Apud Petrum Lucianum. 1652.

Superiorum permiſſu.

Digitized by Google

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

Digitized by Google

SERENISSIMÆ CHRISTINÆ

SVECORVM, GOTHORVM, VVANDALORVM, &c.

REGINÆ

IVLIVS CLEMENS SCOTVS PLACENTINVS

Extraordinariæ Philoſophiæ in Patauino Gymnaſio Profeſſor.

F. P.

NON *in gignendis optimis laſſam eſſe, atque effœtam naturam olim pronunciauit* Plinius; *At ego addiderim*, Nunc *quam maximè optima gignere, vt pote quæ iuuenilem aſſecuta fuerit ætatem, vel potiùs ab extrema ad mediam reuocata ſit: Quam enim Fœminam, ac Reginam* TE, O SERENISSIMA AVGVSTA, *vnquam orbis Chri-*

Digitized by Google

ſtianus Illuſtriorem aſpexit? Laudes equidem Tuas a præſtantiſſimis commemoratas Viris ore, ſcriptoque mira cum animi iucunditate celeberrima Virtutum Tuarum *fama allectus ſæpe audiui, ac legi: At illas omnes Egregijs, ac verè Regijs animi Tui Dotibus lōgè impares eſſe ſemper deprehendi. Oratio, quæ* de Te *habetur, nullo plane indiget ornatu, cum omnibus ferme Corporis, Fortunæ, & Animi ornamentis* Tu ipſa *ſis inſtructiſſima. Verborū copiam haud ſibi parare debent, qui de Te loquūtur, cum* Tu *plura in dies ſingularis* Sapientiæ, Iuſtitiæ, *ac* Prudentiæ, *tum* Oeconomicæ, *tum* Politicæ, *tum* Militaris *argumēta exhibeas, quam illi enarrare queant. De* Te *id prædicatur Veriſſimè; quod aſſentatoriè apud* Salluſtium *ad* Cęſarem *habetur*; Potiùs deficiēt homines laudando facta Tua, quam Tu laude digna faciendo. *Ac* Tui *quidem* Nominis *radiata vndequaq; Gloria obliuionis nunquam tenebris obuoluetur, illuſtrium Scriptorum libris ſplendida æternitatis luce donata. Cum* Rhodis *decem Græcæ Mulieres, ac decem Romanæ diſſeruiſſent, & iſtæ quidem de minoribus rebus ſublimi, illæ de maioribus tenui ſtylo, iſtæ in ſententijs grauiores, illæ in verbis eloquentiores fuiſſent, Sapientiſſimus* Rhodienſis Senatus *diſputantium vniuſcuiuſque fœminarum nomine inſculpto viginti columnas erigi iuſſit. Cum Tu,* REGINA PRAESTANTISSIMA, *& Rhetoricis, & Philoſophicis omnibus excellas ſcientijs, iure optimo ſanè non in* Suecia *tantùm, ampliſſimiſque, ac bellicoſiſſimis Prouincijs, in quas* Maternum *potiùs, quam* herilem *exerces dominatum*, EFFIGIES TVA, *tanquam Optimi, ac Sapientiſſimi Principis Exemplar, paſ-*

ſim

ſim delineatur, pingitur, fingitur, inciditur; Verum & præclariſſimum Nomen Tuum *apparet in plurium fronte librorum, qui in alijs etiam Chriſtiani orbis regionibus a doctiſſimis euulgantur Viris. Quod* Marcus Antoninus Imperator *Stoica imbutus diſciplina in Terras aurea Saturni ſæcula detulerit, vulgarem fuiſſe vocem refert* Iulius Capitolinus. TE *in Platonicis nominatim verſatiſſimam placitis noſtram hanc ætatem multis retrò elapſis feliciorem reddidiſſe, ac præcipuè viris ſapientibus, Prædicant Omnes, qui a Te Geſtorum vel leuem aſſecuti fuerint intelligentiam.* Theodoſius Imperator *quæſitus aliquando, Quodnam eſſet boni Principis munus, reſpondiſſe fertur,* In Itinere loqui cum ſapientibus, In Menſa audire ſapientes differentes, in Cubiculo priuatim legere ſcripta a ſapientibus, reliquo tempore Conſilium petere a Sapientibus. *Quod ille optauit in Principe,* TV ipſa *perficis cumulatiſſimè; ac præter hæc nocturnas quoque horas, hoc ipſo diurnis multorum Principum ſplēdidiores, quibus alij ſomno indulgent, congreſſibus cum viris ſapientibus, quibus munificentiſſima tribuis ſtipendia, ac litterarum ſtudijs dedicas; imò quod non niſi a* Conſule Plinio *præſtitum legi, cum animum relaxare iuxta Regum conſuetudinem Venatione contendis, vltra Regum morem in libri alicuius lectione tunc quoq; præcipuam Animi Tui iucunditatem reponis. Non eſt ergo mirum, cum tribus ab hinc menſibus nonnihil ſcribere cæperim de* Seligendis Opinionibus, & Auctoribus generatim, *pluresque in mentem venerint Principes, quorum patrocinio litterarios hoſce meos labores commendarem,* Te in primis, CHRISTI-

NA SERENISSIMA, *elegerim, quæ ingeniorum fœ-
tus ad* Te *delatos benigniſſimo ſinu excipis, reque ipſa
oſtendis eſſe* Tibi *valde gratum (quod certè eſt glorioſiſ-
ſimum) in mortuis Scriptorum paginis immortalem con-
ſequi vitam; præterquam* Tu ipſamet Prudentiſſima,
atque Sapientiſſima *inter cæteros rectiſſimè iudicare po-
tes, an ea, quæ modò euulgaui, ſint candidè, ac ſincerè
a me prolata. Si hunc laborem meum* Tibi *gratum, &
multò magis ſi a* Te *probatum fuiſſe exploratum habue-
ro, nihil plane iucundius mihi erit, animoſque addet ad
perficienda, quæ iam Cœpi Opuſcula, in quibus,* Quę-
nam in vnaquaq; prorſus facultate Opiniones, Qui-
nam Auctores ſeligendi ſint, *oſtendere decreui. Non
eſt cur pluribus* Te *grauiſſimis detentam curis alloquar.
Supplicibus tantùm verbis a Te* AVGVSTA SERE-
NISSIMA *Peto, vt* libellum hunc, *tanquam addi-
ctiſſimi* Eximijs virtutibus Tuis *animi argumentum ſu-
ſcipere, meque in perpetuo* Tibi *famulantium albo deſcri-
bere ne dedigneris.*

Vale, e Domo mea Patauij die vigeſima Septēb. 1651.

Digitized by Google

DVORVM OPVSCVLORVM SVMMA

1. *Opuſc. Praferenda opiniones, quę Dei Amorem, Timoremq; augent* pag. 1. *Diuinis certò præceptis ſtandum* 2. *in Diuinis Poſitiuis Epicheia vſus eſſe poteſt, ſed non facilis* 3. *Intrinſecè mala non multiplicanda* 4. *Haud ſunt talia, in quibus aliquando diſpenſatum eſt* 45. *non multiplicanda pracepta, quę deducuntur e praeceptis explicitè traditis* 6. *Cõſequenter in aſſertione intrinſecè Malorum procedendum eſt* 7. *e praeceptis Decalogi etiã Naturalibus multi aliqua inuincibiliter ignorant, ideoque ex hoc nõ puniendi* 78. *hęc explicanda iuxta SS Patres, ac etiam nõnullos Iuriſperitos* 9. *Plurima in Euangelio tanquam Conſilia* 10. *Pręcepta circa fidem non multiplicanda; Sex ad id afferũtur rationes a* 10. *ad* 16. *nõ punientur a Deo multi, qui multis fidei obiectis nõ pręſtãt aſſenſum* 17. 18. *ſufficere poteſt ad ſalutem Sacramentorum ſolummodo votum, ſeu implicita volũtas ea ſuſcipiendi* 19. *Facilitas in Deo admittenda ad dimiſſionem peccati Originalis* ibid. *nõ inducenda noua Sacramẽta, nec*

obligatio ad illa niſi cōſtet 20.21. Circa Auricularem Confeſſionem octo attendenda a nu. 21. ad 28. Difficilis debet eſſe approbatio Confeſſariorum 29. Ita ſuadenda S. Euchariſtię frequentatio, vt tamen illius venerationis quā maxima habeatur ratio 30. 13. Pauci ſint Sacerdotes a n. 31. ad 34 Difficilis ſit approbatio miniſtrorum Eccleſia 34. non multiplicanda Diuina Pręcepta 34. 35. quadam opiniones ſub pietatis ſpecie relegandę 36. 37. Non multiplicanda peccata mortalia, imò nec venialia a 37. ad 41. peccant magis Doctores qui amplificant, quam qui minuunt peccata 42. Reprehendendi qui circa ſe ipſos benigni, circa alios auſteri a 42. ad 44. Quę nam opiniones ad Eccleſiaſticos ſpectantes magis probandę a 44. ad 47. quænam opiniones ad Ciuilē Poteſtatē ſpectantes magis amplectēda a 47. ad 50. Pręferendę opiniones, quę crimina complura ſaltem duplex iudicium ſubire poſſe putant a 50. ad 52. non ſemper pręferenda opiniones qua Eccleſiarū, & Eccleſiaſticorum commodis temporalibus fauent a 52. ad 60. Preferendę fauorabiles Iuri, quod habet quiſque tuendi ſe 60. quę libertati rationabili fauent a 60. ad 62. quę verę, licet minùs pię a 62. ad 66. quę Publico bono fauent; oſtenditurq; in quo illud ſit poſitum a 66. ad 72 quę mutuę hominum ſocietati, cōmercio, fidelitati &c. maximè fauent a 72. ad 77.

quę

quę Iuſtitię, ac omnibus ius ſuum tribuunt 77. 78. *quæ ęquitati a* 78. *ad* 80. *Explicatur illud*, fiat ius, ac pereat mundus *ab* 80. *ad* 82. *quę laudabili ac legitimæ fauent conſuetudini* 81. 83. *quędam conſuetudines non laudandę, imò reÿciendę ab* 84. *ad* 91. P. *quę non apponunt cenſuras alÿs opinionibus a* 91. *ad* 95. *quę ſunt antiquiores, ſed cũ limitatione* 95. 96. *quæ magis communes, niſi ratio obſtet a* 96. *ad* 98. *quę in aliquo iudicio, vel ſtatuto fundantur, niſi circumſtantię obſtent* 98. 99. P. *quibus vulgi etiam ſenſus fauet* 99. 100. P. *quę pro ſe afferunt fideliter Auctorum, legumque verba, ex emendatis tamen, legitimiſque Codicibus a* 100. *ad* 102. *quæ firmioribus, nõ ſubtilioribus. innitũtur rationibus; & quę ſubtilitas vitanda* 102. 103. *quæ nituntur maximè ſuis primis Principÿs* 103. *quę habẽt efficaciores, non plures rationes* 103. *ad* 104. *quę efficacioribus nituntur rationibus, ſimulque facilius argumentationes cõtrarias ſoluũt* 104. *poſtponendę, quę minus efficacibus, licet acrius contrarias oppugnẽt* 105. P. *quę res obſcuras clarioribus terminis explicant a* 105. *ad* 107. *Quę diſtinguunt* 106. *Sępe nõ eſt contradictio inter opiniones* 106. 107. P *quę in lecturis communiter traduntur illis, quę in Conſilÿs* 108. 109. *quæ ab eodem poſteriori tempore traditę, ſi tamen voluntariè* 109. 110. *quę ex profeſſo tradun-*

duntur illas, quę obiter. 110. 111. *quę ab Auctorib. viuentibus traditę Poſthumis* 111. 112. *quę ratione nituntur illis, quę exempla etiam Chriſti afferunt* 112. 113. *non temerè iudicandum de viris pijs, ac valdè doctis aliquam actionem exercentibus* 113. P. *quæ ſine figmentis verborum illis, quæ Paradoxa inſcribuntur* 113. 114. *quæ ad Definitiones proximiùs accedunt* 114. 115. P. *ex quib. minora incommoda verè ſequuntur* 115. 116. *quę prolatę ab hominibus qui libros ediderunt vel ſcripto eas cōmēdarunt* 114. 115. *cur aliqui, licet ſapientes, libros non edant* 116. P. *quę ſępius editę, niſi obſtet aliquorum potentia a* 117. *ad* 121. *quę approbantur a diſcrepantibus inter ſe Sectis, Scholis &c. a* 121. *ad* 123. *Quę ex Principijs proprijs deducuntur* 123. 124. *quę ex diuerſarum ſcientiarum Principijs probantur* 124. 125.

2. *Opuſc. Pręferendi ex Auctorib. Catholici* 129. *non facilè nota Hæretici inurenda a* 129. *ad* 133. *immeritò quidam vocantur hæretici* 134. *Cur hāc vocem facilè quidam vſurpare queant* 135. *ſecernenda quæ de fide ab, illiſquę non ſunt &c. & declarandum, quænam ſint Concilia Generalia a* 136. *ad* 139. *Peccant grauiter, qui monent praſtandum aſſenſum fidei illis, quæ non certò conſtat eſſe talia* 141. *hæretici non ſunt dicendi, qui publica etiam*

pri-

Digitized by Google

primariorum virorum crimina receſent 141. 142. *S. Bernardus affert rationes propter quas id liceat, imò fieri debeat a* 143. *ad* 147. *licet id etiam viris non ſanctiſsimis a* 147. *ad* 150. *Examinatur illud vulgare dictum,* eſt hęreticorum crimina Eccleſiaſticorum publicare *&c. a* 150. *ad* 155. *quidam nec ſuam rem agunt, dum quibuſdam ſcriptorib⁹ ſe infenſos exhibent* 155. 156. *optimi eligendi propter hoc Conſiliarij* 156. *nō reijcienda quæ dicuntur ab hæreticis pro ſententijs, quæ ſunt inter Catholicos controuerſæ* 157. *In aliquib. Hæretici præferri poſſunt, ac debent Catholicis* 157. 158. *cur aliqui poſſint eſſe hæreticis infenſiſsimi* 158. 159. *libros Hæreticorum cum facultate legenti cauendum, ne in errores incidat, ideoque hæreſes veræ cognoſcendæ* 159. *Aliqui poſſunt eſſe hæretici materialiter, qui non ſunt formaliter* 160. 161. *euidentiam credibilitatis debet habere hæreticus, vt Catholicis dogmatibus aſſentiat; quæ non eadem cuiq; eſt* 161. 162. *quænam ſuaſibilem reddant maximè Catholicam fidem a* 161. *ad* 162. *ſi Theologi velint, Eccleſiæ corpus infirmum priſtinæ ſanitati magna ex parte ſaltem reſtitui poterit* 167. 168. *Aliqui ſunt Hæretici s Peiores* 169. *Tirannicum eſt in aliorum famā deſpoticum vindicare imperium* 169. 170. *Nō omnes Proteſtantes dicendi ſunt hęretici* 170. *Haud*

illi

illi imitandi 171. *Fides ſuadenda* 171.172.*quinā veri hæretici* 172.173.*Verba Bartol. Spinæ afferū- tur* 173.174. *Cohibendi qui vocem hæretici paſſim vſurpant* 174.175. *Minoris æſtimādi hæretici Scri ptores, qui acerbis in Catholicos vtūtur vocib.* 175. 176. *A Catholicis Scriptorib. hæretici nō iniurijs af- ficiendi nec falſa illis apponenda, licet id illi præſta- rent a* 176. *ad* 178. *Videndū quid Catholici, & Hæ- retici inuicem ſurripuerint* 178. *libri, qui in hære- ticis Ciuitatib. aut hæreticorum opera imprimūtur, cautè legendi* 178. *Cauendum, ne apud Catholicos edantur libri nō fideliter* 178. 179. *Præferendi li- bri, quorū lectio non eſt vetita* 180. *Sæcularis Prin- ceps vetare poteſt lectionem, impreſſionem, delationē &c. quorumdam librorum, imò teneri ad id poteſt a* 180. *ad* 183. *ſunt aliqui libri alicubi vetiti, & nō alibi* 184 *ſtandum Concordato, ſi quod eſt, circa li- brorum lectionem, impreſſionem &c. a* 184. *ad* 186. *Peccare poſſunt qui illo ſtante recurrendum eſſe ad alium pro habenda facultate dicerēt; imò hi punien- di a* 186. *ad* 189. *librorum contra fidem lectio pau- ciſſimis concedenda* 189. 190. *non ſunt facile pro- bibendi libri agentes de quæſtionib. non adhuc defi- nitis de fide a* 190. *ad* 192. *non eſt hæreticus liber qui habet opiniones aduerſantes communi tantum Theologorum ſententiæ* 192. 193. *Cenſuris quibuſ-*

dam

dam non facilè fides habenda 193. 194. Iure vetã-tur libri officientes moribus verè Chriſtianis, ac Moralibus, & quinam ſint hi a 194. ad 196. non vetandi omnes libri, qui aduerſantur quibuſdam Moribus Canonicis, ſiue approbatis a Canonibus Sacris 196. 197. licet ratio publici Boni attendenda ſit in prohibitione librorum, cautè tamen illa inducenda 197. 198. explicantur octo capita, in quib. ratio publici boni videtur non attendi in prohibitione librorum a 199. ad 209. exponuntur cauſę, propter quas poſſet quis ſuadere ſibi haud interdici lectionem libri 209. 210. Proponitur mos antiquus, & recẽtior prohibendi libros a 211. ad 222. Duo maximè attendenda in prohibitione librorum a 222. ad 227. quidam expurgandi, 216. 217. conſuetudo quædam inter ſcriptores Catholicos inducta omninò tollenda 228. Praferendi inter Auctores, qui magis pij, & quinam hi a 229. ad 233. qui magis humani, & quinam hi a 233. ad 236. Seueri quidam poſſunt pręferri 236. 237. qui fuerunt remoti a vitio aſſentationis, & quinam 237. 238. Adulatores cauſa malorum in Eccleſia a 238. ad 252. Pontificum prudentia, ac pietas laudatur 242. 243. cur adulatores a multis annis multiplicati 252. P. qui in aliqua celebri Academia pralegerunt 253. 254. non qui habet plures Auditores in Academia doctior eſt 254.

254.255. *P. qui Doctoris &c. gradum ſunt conſecuti* 255.256. *quidam Doctoris honore indigni a* 256. *ad* 258. *P. qui reuera Auctores, non Reſcriptores a* 258. *ad* 260. *qui multa ſcripſerunt, ſed cũ laude* 260.261. *P. qui diuturniori tempore edenda retinuerunt* 261.262 *quidam breuì, & optimè ſcribunt* 262.263. *P. qui magis iudicio, quam ingenio pollent* 263. *Malè ingenioſi ſunt aliqui* 264. *vt plurimum ſcientia magis iudicium, quam ingenium petunt* 265.266. *P. qui e principijs, quæ ponunt, Cõcluſiones deducunt* 266. 267. *quædam ſunt principia talis Scholæ, non Vniuerſalia* 368. *quibuſdam, licet non afferentib. rationem, aſſenſus præſtari poteſt* 269.270. *P. qui plurib. fuerint præditi ſciẽtijs, & maximè affinibus* 270. 271. *P. qui de vniuerſa ſcientia diligenter ſcripſerunt* 271. *P. qui in nullius Doctoris verba iurant* 272. *P. inter ſectatores vnius ſcholæ, qui minus rectè aliqua probari in illa affirmant ibid. P. quos eſt veroſimilius fuiſſe alienos ab odio, & nimio amore erga Scholã, Auctorem &c. a* 273. *ad* 275. *P. qui propiùs ad veritatem acceſſerunt ex fama, vel experientia* 275. *P. qui in fronte libri ſinccrè materiam, de qua agit liber, proponũt* 276. *P. Seniores* 276. *P. qui antiquas concordes reddunt opiniones cum recentiorib.* 277. *P. qui plures opin. probatores habuerint; quod tamen non ſemper*

eſt

eſt verum 277. 278. P. qui vtriuſque partis argumenta, ſed efficaciora proponunt 279. 280. P. qui afferũt paucos ſcriptores, nõ qui multos 280. P. qui magis ordinatè, ac diſtinctè quaſtiones proponunt 281. P. quos patet magis abhorruiſſe ab amphibologia 281. quidam accuſandi 281. P. qui ſplendorem orationis ſunt amplexi in ſcientijs laudabilem a 282. ad 285. qui libros ſcripſerunt nulla aliorum adhibita opera 285. 286. P. qui receptas definitiones admiſerunt a 286. ad 290. qui legerunt alios vt Indices 291. 292. qui leues etiam quaſtiones tractant, ſed breuiter, graues multis 293. 294. qui magis tenent vocum ſignificationem a 294. ad 296. qui cognitionem praferunt Sectarũ 296. 297. qui docent, quando primò talis opinio inducta 297. 298. qui magis rationi, quam auctoritati tribuunt in naturalibus ſcientijs 298. 299. qui optima quaq; ex quibuſque doctiſſimis deſumunt a 299. ad 301. qui liberè dicta bene, & malè iudicant a 301. ad 303. qui profitentur ſe aliquorum neſcire rationem a 303. ad 305 qui retractarunt a ſe ſcripta a 305. ad 310. qui Nobiles non pauperes, ac in aliquo Magiſtratu 310. 311. qui magis modeſti in verbis 311. 312.

Corrigenda, & omnino aliqua neceſſario.

In 1.opuſc.pag.11.l.17.opinio optimo 15.l.17. queant, queunt 18.l.7.nouiſſent.quare,nouiſſent: Ideo 23.l 15.ea eo 27.l.22.preteritos.adde. & piam ſaltem aliquantum duxerit vitam 28. l.11. Iudicium Iudicem 31.l.15.ille adde:præcipuè,vel 43.l.17. etiam adde.Diuini 45.l.12.honorum bonorum 46.l.8. erant eſſent 48. l.11. non minùs non magis 65.l.1. laouam laruam 67.l.26.reſtituentur reſtitueretur 71.l.12.bono boni 84.l.25. & 26.a quadrageſimalibus cibis non abſtinent, quadrageſimalibus cibis non veſcuntur 86.l.8. Bibliothecæ adde;lib.4.l.19 tenebris tenebras 89.l.14.grauiſſimiſque dele;90.l.1. amplificauerint amplificarent 26.teneri poterunt, tenebuntur 92.l.26. iudicatas fuiſſe iudicatæ 93.l.19. Franciſco Franciſce 94.l.1.plurium plurimorum 96.l.10.potentiur potentior 99.l.8. aliquod aliquot 104.l.12. vel probabilẽ,vel probabiliorem 106.l.24.vel audiens vel legens 117.l.11. fecerunt fecerint 21.nihil nihili 119.l.9.ac 10. dele nõ 120.l.20.plurimus plurimis 121.l.22.qgas quas 124.l.7.hæc hæ

In 2.opuſc.pag.135.l.2.hac hoc 138.l.25.Decretis adde;omnibus 140.l.15.controuerſis adde tanquam de fide.142.l.17.qui duo quos duos 144.l.1. velo volo 147.l.4.guitur guttur 154.l.7. Tribunali Tribunal 161.l.6. ſamen tamen 162.l.24.forſũn forſan 168.l.18.c.4.c.9.174.l.18. opinionis opiniones 194.l.26.holumine 202.l.1. non nullorum lectionis promulgationem ſic; nonnullorum auctoritati fauerint;& aliorũ prohibitionem 204. l.21. iudicum iudicium 208.l.1. etiam adde; vt etiam 212. l.2. legitur. deme 218.l.23.priuatus priuatas 221.l.23. patentiarum ſcientiarum 224.l.11. par videtur par.deme vnum 225.l.1 exhibere exhiberi l.6. peobãtur probãtur 226.l.23. detradatur detrahatur 234.l.17.illius illis l.18.eſſet eſſent 237.l.24.& bonũ malũ & malum bonũ 238.l.1. oriri viri 245.l.5. iudicaruntur iudicarunt 249.l.18.diſtinguatur diſtinguitur 253.l.11. demandatur. adde, in quibus tamen aliqui docent, docueruntque ſummi viri 254.l.19.pollete pollere 266 l.8.ipſe quis 271. qui idem quidem l.274.l.3.pretior pretio l.10. oppugnartim oppugnantium 276. l.16. noa non 279 l.1.ab illis.deme in fine l 280.l.24.diſert?diſertè 281.l.3.id hi 284.l.3. moris mos l.25. Phaeſq; Phraſeſque 299.dici diei 303.l.6. nec.adde priùs,nam 304.l.5. Metaphicis Metaphiſicis l.305.l.7.caeres acres.

De Opinionibus Generatim Seligendis.

P. PONO Inter Opiniones illas potiùs amplectendas, *Quæ Dei Amorem, Timoremque augent, quam quæ illum imminuunt*; nam hoc, & ſummo dignißimus eſt Deus, tum propter præſtantiſſimam ſui naturam, tum propter ſingularia in nos collata beneficia. Et licet ſentiendum ſit, Deum cognoſcentem, quod homines vniuerſi figmentum ex luto ſint, Varijs obnoxij animi perturbationibus, multiplici tentationum genere premantur, quæ e cauſis partim domeſticis, partim externis oriuntur, noſtras commiſerari infirmitates, nec velle, vt homines, quos creauit, vt æterna fruerentur felicitate, & quos pretioſo Filij ſui ſanguine redemit, & maximè illos, quibus ſupernaturale Chriſtianæ fidei lumen attulit, æternis facilè addicantur ſupplicijs; Imò cenſendum ſit Deum, vt potè qui in bonis ſibi intimis lædi non poteſt, nolle delicta quædam ſeueriori afficere pęna, quædam inter crimina non enumerare, licet a nonnullis aſſerta, quædam facillimè, ac libentiſſimè condonare, nec omnes cogitationes noſtras oculo obſer-

uare maleuolo, exigendarumque pœnarum auidiſſimo: Exiſtimandum tamen eſt quoq; Deum prorſus velle, vt illa quæ ad cæleſtem gloriam aſſequendam neceſſaria eſſe pronunciauit, nos omninò præſtemus, & ab illis abſtineamus, per quæ a Cælorum Regno nos arceri in Sacris iam certò ſtatuit Litteris. Imò quãuis cauſam, quę ſibi ſatis idonea videatur, reddere non poſſit humanus intellectus etſi perſpicaciſſimus, propter quam Deus aliqua præceperit, aliqua vetuerit; ſatis tamen ſibi ad obtemperandum ſumma etiam animi alacritate arbitratur ille, exploratam habere Diuinam voluntatem, a qua nihil non rectum, & honeſtiſſimũ proficiſci equidẽ poteſt. Hinc nõ reijciendæ tantummodo Opiniones, quæ Diuinorum violationem Præceptorum licere cenſerent; verùm & in illas eumdum potiùs, quæ ad illa ſeruanda maximè conducunt, & abſque eo quod illis ſe homines conforment, plane conſtet, Diuinis non poſſe obſequentes ſe prębere mandatis. Dixi *plane conſtet*; nam ſi id probabile ſolùm ſit, vel ſi experientia conſtet, aliquos eadem cuſtodire, licet quibuſdam nõ adhæreãt opinionibus, haud has proſequi cuilibet opus eſt.

ANI-

ANIMADVERTENDVM TAMEN HIC EST

1. *Cum inter Diuina Præcepta ſint* aliqua de Iure Naturali etiam, vt quæ in Decalogo recenſentur, aliqua dumtaxat de Iure Poſitiuo, vt quæ ad Fidem, ac Sacramenta ſpectant, Iuſq; Poſitiuũ primas Iuri Naturali deferat partes, & præcipuè ſi hoc etiam apertè ſit Diuinum, fieri vt illę Opiniones, quæ aſſerunt licere aliquando a Diuinis Præceptis Poſitiuis diſcedere omninò, vel ex parte, prçferendæ ſint illis, quæ affirmarent in quacumq; circumſtantia hæc, & perfectè ſeruanda; ſecus enim non videretur eſſe inter Iura Poſitiua, atq; Naturalia diſcrimen; & cur non laudabilis *Epicheia* virtus in huiuſmodi Præceptorum interpretatione, dum quædam ſe offerunt circumſtantiæ ſiue loci, ſiue temporis, ſiue perſonarum, ſimiliaq; adiuncta, quæ tamen non ſint leuia, ac futilia? eſt ne benignus magis Humanus legislator, quã Diuinus? Non ſunt equidem per ſe amplectendæ Opiniones, quæ paſſim in exteriori foro reddere conarentur laudabilem huiuſmodi *Epicheia* vſum; nam hinc grauiſſimæ perturbationes in Chriſtiana Republica orirentur; & ſi in interiori foro commendabilis non rarò eſſe poſſit, & quandoq; etiam neceſſariò, a Vi-

ro ſapiente, ac prudente, vel ex illius conſilio amplectendus ſit.

II. *Cum Diuina Præcepta* de Re Naturaliter debita, & tanquam intrinſecè Mala, ac per ſe ex intrinſecis Principijs vetita in quacumq; plane circumſtantia vniuerſos obligent; præferendas Opiniones, quæ Intrinſecè Malorum multitudinem faciunt minorem, illis, quæ maiorem, dummodo Ratione ſatis idonea fulciãtur: Sicut enim dicitur Natura non efficere per plura, quod efficere poteſt per pauciora; Sic Naturæ Auctor humaniſſimus, dum per pauciores obligationes ex illis, quæ ex ſtimari poſſunt ſeueræ admodum, ac auſteræ, nouit homines, quos condidit, vt ſe ipſo in Cælis fruantur, poſſe id conſequi, non plures illis præſcribit.

III. *Illa Præcepta* haud eſſe de Rebus Intrinſecè, ac per ſe Malis, non ſolùm ſi hæ aliqua poſita circumſtantia licitæ fiunt, verùm etiam ſi in illis Deum aliquando diſpenſaſſe habemus, vel e ſacris litteris apertè, vel e celeberrimis Patribus, Doctoribuſque ſacras litteras interpretantibus; Cum enim Diuina Complacentia, ac Diſplicentia ſit Prima, Vltimaq; Omnis Honeſti, ac Inhoneſti Regula, id quod Deo

pla-

cet, iubetue, aut conſulit fieri, nunquam inhoneſtum eſſe poteſt. Si autem præſtantes Doctrina ſcriptores vel ex paritate aliquorum, in quibus iam diſpenſatum fuiſſe haberetur, arguant probabiliter diſpenſationem in alijs fieri poſſe, vel ſi afferant probabiles rationes ad eam ſuadendam, multoque magis ſi efficaciter probent Naturę Principijs huiuſmodi præſcriptum non aduerſari, neque appareat certò illud pro omni circumſtantia latum; hoc inter Intrinſecè mala haud numerandum erit; adeoque Diſpenſatio in tali præcepto per ſe non interdicitur. Ex eo autem quod Deo Poſſibilis Diſpenſatio in omnibus Decalogi præceptis concederetur; quæ hanc cōcederent creaturæ poteſtatem, prorſus reijciendæ opiniones, non tantùm in primæ tabulæ præceptis, verum & in alijs; Deus enim eſt ſuprema omnium lex, abſolutuſque & omninò independens omnium Dominus; Qui nec propriè dicendus eſt diſpenſare in vllo ſuo præcepto; nam ſemper illud intelligitur datum cum hac conditione, *niſi ipſe aliter iubeat*. An verò poſſit aliquando adeò grauis occurrere circumſtantia, in qua Humanus aliquis legiſlator poſſit in nonnullo ex Decalogi præceptis diſpenſare, vel poſſit

 quis

illi imitandi 171. *Fides ſuadenda* 171.172.*quinã*
veri hæretici 172.173.*Verba Bartol. Spinæ afferũ-*
tur 173.174. *Cohibendi qui vocem hæretici paſſim*
vſurpant 174.175. *Minoris æſtimãdi hæretici Scri*
ptores,qui acerbis in Catholicos vtũtur vocib. 175.
176.*A Catholicis Scriptorib.hæretici nõ iniurijs af-*
ficiendi nec falſa illis apponenda,licet id illi præſta-
rent a 176.*ad* 178.*Videndũ quid Catholici, & Hę-*
retici inuicem ſurripuerint 178.*libri, qui in hære-*
ticis Ciuitatib.aut hæreticorum opera imprimũtur,
cautè legendi 178.*Cauendum, ne apud Catholicos*
edantur libri nõ fideliter 178. 179. *Præferendi li-*
bri,quorũ lectio non eſt vetita 180.*Sæcularis Prin-*
ceps vetare poteſt lectionem,impreſſionem,delationẽ
&c.quorumdam librorum, imò teneri ad id poteſt a
180. *ad* 183. *ſunt aliqui libri alicubi vetiti, & nõ*
alibi 184 *ſtandum Concordato,ſi quod eſt,circa li-*
brorum lectionem,impreſſionem &c.a 184.*ad* 186.
Peccare poſſunt qui illo ſtante recurrendum eſſe ad
alium pro habenda facultate dicerẽt;imò hi punien-
di a 186.*ad* 189. *librorum contra fidem lectio pau-*
ciſſimis concedenda 189. 190. *non ſunt facile pro-*
hibendi libri agentes de quæſtionib. non adhuc defi-
nitis de fide a 190. *ad* 192. *non eſt hæreticus liber*
qui habet opiniones aduerſantes communi tantum
Theologorum ſententiæ 192. 193. *Cenſuris quibuſ-*
dam

dam non facilè fides habenda 193. 194. *Iure vetã-tur libri officientes moribus verè Chriſtianis, ac Moralibus, & quinam ſint hi a* 194. *ad* 196. *non vetandi omnes libri, qui aduerſantur quibuſdam Moribus Canonicis, ſiue approbatis a Canonibus Sacris* 196. 197. *licet ratio publici Boni attendenda ſit in prohibitione librorum, cautè tamen illa inducenda* 197. 198. *explicantur octo capita, in quib. ratio publici boni videtur non attendi in prohibitione librorum a* 199. *ad* 209. *exponuntur cauſę, propter quas poſſet quis ſuadere ſibi haud interdici lectionem libri* 209. 210. *Proponitur mos antiquus, & recẽtior prohibendi libros a* 211. *ad* 222. *Duo maximè attendenda in prohibitione librorum a* 222. *ad* 227. *quidam expurgandi,* 216. 217. *conſuetudo quædam inter ſcriptores Catholicos inducta omninò tollenda* 228. *Praferendi inter Auctores, qui magis pij, & quinam hi a* 229. *ad* 233. *qui magis humani, & quinam hi a* 233. *ad* 236. *Seueri quidam poſſunt preferri* 236. 237. *qui fuerunt remoti a vitio aſſentationis, & quinam* 237. 238. *Adulatores cauſa malorum in Eccleſia a* 238. *ad* 252. *Pontificum prudentia, ac pietas laudatur* 242. 243. *cur adulatores a multis annis multiplicati* 252. *P. qui in aliqua celebri Academia pralegerunt* 253. 254. *non qui habet plures Auditores in Academia doctior eſt* 254.

254.255. P. qui Doctoris &c. gradum ſunt conſecuti 255. 256. quidam Doctoris honore indigni a 256. ad 258. P. qui reuera Auctores, non Reſcriptores a 258. ad 260. qui multa ſcripſerunt, ſed cũ laude 260.261. P. qui diuturniori tempore edenda retinuerunt 261.262 quidam breuì, & optimè ſcribunt 262.263. P. qui magis iudicio, quam ingenio pollent 263. Malè ingenioſi ſunt aliqui 264. vt plurimum ſcientiæ magis iudicium, quam ingenium petunt 265.266. P. qui e principijs, quæ ponunt, Cõcluſiones deducunt 266. 267. quædam ſunt principia talis Scholæ, non Vniuerſalia 368. quibuſdam, licet non afferentib. rationem, aſſenſus præſtari poteſt 269.270. P. qui plurib. fuerint præditi ſciẽtijs, & maximè affinibus 270. 271. P. qui de vniuerſa ſcientia diligenter ſcripſerunt 271. P. qui in nullius Doctoris verba iurant 272. P. inter ſectatores vnius ſcholæ, qui minus rectè aliqua probari in illa affirmant ibid. P. quos eſt veroſimilius fuiſſe alienos ab odio, & nimio amore erga Scholã, Auctorem &c. a 273. ad 275. P. qui propiùs ad veritatem acceſſerunt ex fama, vel experientia 275. P. qui in fronte libri ſincerè materiam, de qua agit liber, proponũt 276. P. Seniores 276. P. qui antiquas concordes redunt opiniones cum recentiorib. 277. P. qui plures opin. probatores habuerint; quod tamen non ſemper

eſt

eſt verum 277. 278. P. qui vtriuſque partis argumenta, ſed efficaciora proponunt 279. 280. P. qui afferũt paucos ſcriptores, nõ qui multos 280. P. qui magis ordinatè, ac diſtinctè quæſtiones proponunt 281. P. quos patet magis abhorruiſſe ab amphibologia 281. quidam accuſandi 281. P. qui ſplendorem orationis ſunt amplexi in ſcientijs laudabilem a 282. ad 285. qui libros ſcripſerunt nulla aliorum adhibita opera 285. 286. P. qui receptas definitiones admiſerunt a 286. ad 290. qui legerunt alios vt Iudices 291. 292. qui leues etiam quæſtiones tractant, ſed breuiter, graues multis 293. 294. qui magis tenent vocum ſignificationem a 294. ad 296. qui cognitionem præferunt Sectarũ 296. 297. qui docent, quando primò talis opinio inducta 297. 298. qui magis rationi, quam auctoritati tribuunt in naturalibus ſcientijs 298. 299. qui optima quæq; ex quibuſque doctiſſimis deſumunt a 299. ad 301. qui liberè dicta bene, & malè iudicant a 301. ad 303. qui profitentur ſe aliquorum neſcire rationem a 303. ad 305 qui retractarunt a ſe ſcripta a 305. ad 310. qui Nobiles non pauperes, ac in aliquo Magiſtratu 310. 311. qui magis modeſti in verbis 311. 312.

Digitized by Google

Corrigenda, & omninò aliqua neceſſariò.

In 1.opuſc.pag.11.l.17.opinio optimo 15.l.17. queant, queunt 18.l.7.nouiſſent.quare,nouiſſent: Ideo 23.l 15.ea eo 27.l.22.prę teritos.adde. & piam ſaltem aliquantum duxerit vitam 28. l.11. Iudicium Iudicem 31.l 15.ille adde:præcipuè,vel 43.l.17.etiam adde.Diuini 45.l.12.honorum bonorum 46.l.8. erant eſſent 48. l.11. non minùs non magis 65.l.1. laouam laruam 67.l.26.reſtituentur reſtitueretur 71.l.12.bono boni 84.l.25. & 26.a quadrageſimalibus cibis non abſtinent, quadr geſimalibus cibis non veſcuntur 86.l.8. Bibliothecæ adde:lib.4.l.19 tenebris tenebras 89.l.14.grauiſſimiſque dele;90.l.1. amplificauerint amplificarent 26.teneri poterunt, tenebuntur 92.l.26. indicatas fuiſſe iudicatæ 93.l.19. Franciſco Franciſce 94.l.1.plurium plurimorum 96.l.10.potentiur potentior 99.l.8. aliquod aliquot 104.l.12. vel probabilē,vel probabiliorem 106.l.24.vel audiens vel legens 117.l.11. fecerunt fecerint 21.nihil nihili 119.l.9.ac 10. dele nō 120.l.20.plurimus plurimis 121.l.22.qgas quas 124.l.7.hæc hæ

In 2.opuſc.pag.135.l.2.hac hoc 138.l.25.Decretis adde;omnibus 140.l.15.controuerſis adde tanquam de fide.142.l.17.qui duo quos duos 144.l.1. velo volo 147.l.4.guitur guttur 154.l.7. Tribunali Tribunal 161.l.6. ſamen tamen 162.l.24. forſun forſan 168.l.18.c.4.c.9.174.l.18. opinionis opiniones 194.l.26.ho. lumine 202.l.1. non nullorum lectionis promulgationem ſic: nonnullorum auctoritati fauerint;& aliorū prohibitionem 204. l.21. iudicum iudicium 208.l.1. etiam adde; vt etiam 212. l.2. legitur. deme 218.l.23.priuatus priuatas 221.l.13. patentiarum ſcientiarum 224.l.11. par videtur par.deme vnum 225.l.1 exhibere exhiberi l. 6. peobātur probātur 226.l.23. detradatur detrahatur 234.l.17. illius illis l.18.eſſet eſſent 237.l.24.& bonū malū & malum bonū 238.l.1. oriri viri 245.l.5. iudicaruntur iudicarunt 249.l.18. diſtiuguatur diſtinguitur 253.l.11. demandatur. adde, in quibus tamen aliqui docent, docueruntque ſummi viri 254.l.19.pollete pollere 266 l.8.ipſe quis 271. qui idem quidem l.274.l.3. pretior pretio l.10. oppugnartim oppugnantium 276. l.16. noa non 279 l.1.ab illis.deme in fine l 280.l.24.diſert?diſertè 281.l.3.id hi 284.l.3. moris mos l.25. Phaeſq; Phraſeſque 299.dici diei 303.l.6. nec.adde priùs,nam 304.l.5. Metaphicis Metaphiſicis l.305.l.7.cacres acres.

De Opinionibus Generatim Seligendis.

P. PONO Inter Opiniones illas potiùs amplectendas, *Quæ Dei Amorem, Timoremque augent, quam quæ illum imminuunt*; nam hoc, & ſummo dignisſimus eſt Deus, tum propter præſtantiſſimam ſui naturam, tum propter ſingularia in nos collata beneficia. Et licet ſentiendum ſit, Deum cognoſcentem, quod homines vniuerſi figmentum ex luto ſint, Varijs obnoxij animi perturbationibus, multiplici tentationum genere premantur, quæ e cauſis partim domeſticis, partim externis oriuntur, noſtras commiſerari infirmitates, nec velle, vt homines, quos creauit, vt æterna fruerentur felicitate, & quos pretioſo Filij ſui ſanguine redemit, & maximè illos, quibus ſupernaturale Chriſtianæ fidei lumen attulit, æternis facilè addicantur ſupplicijs; Imò cenſendum ſit Deum, vt potè qui in bonis ſibi intimis lædi non poteſt, nolle delicta quædam ſeueriori afficere pęna, quædam inter crimina non enumerare, licet a nonnullis aſſerta, quædam facillimè, ac liberaliſſimè condonare, nec omnes cogitationes noſtras oculo obſer-

uare maleuolo, exigendarumque pœnarum auidiſſimo: Exiſtimandum tamen eſt quoq; Deum prorſus velle, vt illa quæ ad cæleſtem gloriam aſſequendam neceſſaria eſſe pronunciauit, nos omninò præſtemus, & ab illis abſtineamus, per quæ a Cælorum Regno nos arceri in Sacris iam certò ſtatuit Litteris. Imò quãuis cauſam, quę ſibi ſatis idonea videatur, reddere non poſſit humanus intellectus etſi perſpicaciſſimus, propter quam Deus aliqua præceperit, aliqua vetuerit; ſatis tamen ſibi ad obtemperandum ſumma etiam animi alacritate arbitratur ille, exploratam habere Diuinam voluntatem, a qua nihil non rectum, & honeſtiſſimũ proficiſci equidẽ poteſt. Hinc nõ reijciendæ tantummodo Opiniones, quæ Diuinorum violationem Præceptorum licere cenſerent; verùm & in illas eumdum potiùs, quæ ad illa ſeruanda maximè conducunt, & abſque eo quod illis ſe homines conforment, plane conſtet, Diuinis non poſſe obſequentes ſe prębere mandatis. Dixi, *plane conſtet*; nam ſi id probabile ſolùm ſit, vel ſi experientia conſtet, aliquos eadem cuſtodire, licet quibuſdam nõ adhæreãt opinionibus, haud has proſequi cuilibet opus eſt.

ANI-

ANIMADVERTENDVM TAMEN HIC EST

1. *Cum inter Diuina Præcepta ſint* aliqua de Iure Naturali etiam, vt quæ in Decalogo recenſentur, aliqua dumtaxat de Iure Poſitiuo, vt quæ ad Fidem, ac Sacramenta ſpectant, Iuſq; Poſitiuũ primas Iuri Naturali deferat partes, & præcipuè ſi hoc etiam apertè ſit Diuinum, fieri vt illę Opiniones, quæ aſſerunt licere aliquando a Diuinis Præceptis Poſitiuis diſcedere omninò, vel ex parte, pręferendæ ſint illis, quæ affirmarent in quacumq; circumſtantia hæc, & perfectè ſeruanda; ſecus enim non videretur eſſe inter Iura Poſitiua, atq; Naturalia diſcrimen; & cur non laudabilis *Epicheia* virtus in huiuſmodi Præceptorum interpretatione, dum quædam ſe offerunt circumſtantiæ ſiue loci, ſiue temporis, ſiue perſonarum, ſimiliaq; adiuncta, quæ tamen non ſint leuia, ac futilia? eſt ne benignus magis Humanus legislator, quã Diuinus? Non ſunt equidem per ſe amplectendæ Opiniones, quæ paſſim in exteriori foro reddere conarentur laudabilem huiuſmodi *Epicheiæ* vſum; nam hinc grauiſſimæ perturbationes in Chriſtiana Republica orirentur; & ſi in interiori foro commendabilis non rarò eſſe poſſit, & quandoq; etiam neceſſariò, a Vi-

ro ſapiente, ac prudente, vel ex illius conſilio amplectendus ſit.

II. *Cum Diuina Præcepta* de Re Naturaliter debita, & tanquam intrinſecè Mala, ac per ſe ex intrinſecis Principijs vetita in quacumq; plane circumſtantia vniuerſos obligent; præferendas Opiniones, quæ Intrinſecè Malorum multitudinem faciunt minorem, illis, quæ maiorem, dummodo Ratione ſatis idonea fulciãtur: Sicut enim dicitur Natura non efficere per plura, quod efficere poteſt per pauciora; Sic Naturæ Auctor humaniſſimus, dum per pauciores obligationes ex illis, quæ exiſtimari poſſunt ſeueræ admodum, ac auſteræ, nouit homines, quos condidit, vt ſe ipſo in Cælis fruantur, poſſe id conſequi, non plures illis præſcribit.

III. *Illa Præcepta* haud eſſe de Rebus Intrinſecè, ac per ſe Malis, non ſolùm ſi hæ aliqua poſita circumſtantia licitæ fiunt, verùm etiam ſi in illis Deum aliquando diſpenſaſſe habemus, vel e ſacris litteris apertè, vel e celeberrimis Patribus, Doctoribuſque ſacras litteras interpretantibus; Cum enim Diuina Complacentia, ac Diſplicentia ſit Prima, Vltimaq; Omnis Honeſti, ac Inhoneſti Regula, id quod Deo

pla-

cet, iubetue, aut conſulit fieri, nunquam inhoneſtum eſſe poteſt. Si autem præſtantes Doctrina ſcriptores vel ex paritate aliquorum, in quibus iam diſpenſatum fuiſſe haberetur, arguant probabiliter diſpenſationem in alijs fieri poſſe, vel ſi afferant probabiles rationes ad eam ſuadendam, multoque magis ſi efficaciter probent Naturę Principijs huiuſmodi præſcriptum non aduerſari, neque appareat certò illud pro omni circumſtantia latum; hoc inter Intrinſecè mala haud numerandum erit; adeoque Diſpenſatio in tali præcepto per ſe non interdicitur. Ex eo autem quod Deo Poſſibilis Diſpenſatio in omnibus Decalogi præceptis concederetur; quæ hanc cōcederent creaturæ poteſtatem, prorſus reiiciendæ opiniones, non tantùm in primæ tabulæ præceptis, verum & in alijs; Deus enim eſt ſuprema omnium lex, abſolutuſque & omninò independens omnium Dominus; Qui nec propriè dicendus eſt diſpenſare in vllo ſuo præcepto; nam ſemper illud intelligitur datum cum hac conditione, *niſi ipſe aliter iubeat*. An verò poſſit aliquando adeò grauis occurrere circumſtantia, in qua Humanus aliquis legiſlator poſſit in nonnullo ex Decalogi præceptis diſpenſare, vel poſſit

quis prudenter exiſtimare tali præcepto haud ſe, vel alios teneri, nonniſi ſerio examine, grauique iudicio præcedente decernendum eſt. An autem omnia Decalogi præcepta negatiua dicenda ſint proprie eſſe de Re intrinſecè mala ſatis innuimus *pon. 36. Opuſc. 1. de Probabil. Opin.*

IIII. *Cum multi* multa alia deducant præcepta e præceptis Naturalibus, ac Diuinis Poſitiuis explicitè traditis, quæ dicunt in his implicitè, ac virtualiter contineri, & non pauca etiam ex his afferant eſſe intrinſecè mala; per ſe præferendas opiniones, quæ probabiliter ſuadent, aliqua ex illis non deduci, vel ſolùm veriſimiliter deduci, nec per ſe intrinſecã malitiam in nonnullis apparere. Sicuti autem non difficulter concedendum eſt, quod prohibito furto exiſtimandum ſit rapinam quoque prohiberi, & cum ſecundo Primæ Tabulæ Præcepto interdicitur, ne quis Deum in rei falſæ teſtem adducat, quod multò magis in Deum blaſphemia interdicatur; ita non facilè concedendũ, quod vetito v. g. adulterio in 6. Præcepto, ſtatim vetitæ intelligantur omnes cæteræ luxuriæ ſpecies; neq; enim in illis omnibus intellectui ea ſe offert intrinſeca deformitas, quæ ſtatim

ſe

ſe offert in mæchia, ſiue adulterio, quod eſt crimen in ſpecie tum Luxuriæ, tum Iniuſtitiæ. Quare aliunde harum intrinſeca deformitas colligenda eſt.

V. *Cum Opiniones nonnullæ* obiectis nonnullis intrinſecam malitiam adeſſe negent, quam tamen alijs concedũt, prçferendas illas, quæ cõſequenter procedere videntur; in aliquibus enim Satis diſpar ratio proferri nequit; imò potior ratio videtur in aliquo, propter quam tale obiectum dicatur intrinſecè malum, quod illæ negant, quam aliud quod huiuſmodi eſſe affirmant. Si conceditur v. g. ebrietatem voluntariam non eſſe Intrinſecè malam, & aliquando licitam (quod ſi conceditur, poterit etiam quis interdum teneri ad illam) qua ratione congrua id de pollutione voluntaria quis inficiabitur? Sic plures docti arguunt Viri, nec improbabiliter, vt ſibi videtur, & ad hominem, vt dicitur.

VI. *Cum ſenſum* dimittere propter apparentes rationes ſit imbecillis prorſus ingenij, teneaturque homo prudens, ac ſapiens manifeſtæ aſſentiri experientiæ, licet rationes, quæ opponerentur, aut ſoluere neſciret, aut perfectè ſoluere nequiret; Cum Viri omni fide digniſ-

ſimi teſtentur, non ſolùm multa, quæ in Decalogi præceptis implicitè continentur, verum & aliqna quæ ibi explicitè habentur, complures ignorare, eorumque apud aliquos etiam populos inuincibilẽ ignorantiam dari; Quidni horum præferenda ſententia, licet alij nec leuibus impulſi rationibus contrariç adhærerẽt? Locis quidem Scripturæ, quæ Veritati repugnare non poteſt, pro illa ſententia prolatis apta expoſitio tribuenda. Scriptores non pauci ex illis, quæ in ſe ipſis experiuntur, vel in populis ingenioſioribus communiter accidere norunt, de alijs quibuſcumque iudicium ferunt; cum tamen illis attendendum foret, propter inueteratam conſuetudinem approbatam etiam a viris inter ipſos exiſtimatis vt probis, vel propter tardum, hebes, ac rude ingenium, vel propter exempla, dictaque Virorum Sapientiæ fama in tali Ciuitate, vel Prouincia inſignium integros etiam populos decipi potuiſſe in non paucis, quæ nos Chriſtiani ſuperiori præſertim lumine adiuti apertè Naturæ Principijs repugnare cognoſcimus: Nonne inter Chriſtianos, imo & Catholicos plures numerantur, qui fornicationem ſaltem ſimplicem, mendacium magni cuiuſpiam boni acquirendi

di, vel grauis mali propulſandi cauſa prolatum, Concupiſcentiam vt ſic alienæ rei, vxoris &c. licita eſſe putant? Quis autem prudens, æquuſque ſcriptor cenſuerit, huiuſmodi homines propter delicta, quæ cũ inuincibili ignorantia tum antecedente, tum cõcomitante patrarũt, a Deo Iuſtiſſimo Iudice puniẽdos fore?

VII. *Cum Decalogi præcepta* communiter dicantur eſſe & ex Iure Diuino, & ex Iure Naturali, in eorum explicatione illas opiniones amplectendas, quæ primò Sacris Litteris de iiſdem præceptis agentibus ſunt conformiores (nemo enim meliùs illa Deo, qui eſt naturæ Auctor quoque, explicare potuit) Tum quæ ſẽſui primo Eccleſiæ, ac praxi illius antiquiſſimæ, & communi SS. Patrum doctrinæ conſentiunt; hæc enim poſt ſacras litteras proximi ſunt Veritatis Regula; Cum autem de iiſdem, prout naturali lumine cognitis, agant quoque Philoſophi, ac Morales Maximè, atque Iuris Periti, ac ex his nonnulli ſatis copioſè, ſubtiliter, ac neruoſè; amplectendæ potiùs Opiniones, ſi Diuino Verbo ſcripto, aut tradito nõ repugnent, quæ cum horum placitis congruunt, quam plurium Theologorum, qui non adeò accuratè, exquiſitèque, ac pro dignitate de iiſdem egerunt.

VIII. *Cum Chriſtus* in Euangelio, & Apoſtoli in Canonicis Epiſtolis quamplurima imperare videantur, diligenter ſeligenda ex his Pręcepta; non pauca enim ex illis etiam, quæ in Euangelio per verbum Imperandi traduntur, Permiſſionem & Conſilium tantummodo præbent; & dummodo non conſtet certò, vel ex alijs Scripturæ locis, vel ex perpetua Eccleſiæ Traditione, vel e S. S. Patrum Scripturæ loca interpretantium vnanimi conſenſu ibi præcepta dari, illis inſiſtendum expoſitionibus, quæ Conſilia tantùm ibi contineri indicarent; neque enim Diuina Præſcripta, ac nominatim, quæ dicerentur etiam Naturalia, ſine vehementiſſima ratione multiplicanda ſunt. Cum *arcta* equidem dicatur *Via, quæ ducit ad Vitam*, ſiue difficilis ſit obſeruantia Præceptorum etiam, quæ in Decalogo explicitè habentur; cur ea arctior reddenda a nonnullis opinionibus, quæ facilè Diuinorum Præceptorum, ac Naturalium quoque copiam augent?

IX. *Cum inter* Præcepta Poſitiua a Chriſto ad nos e cælo delata potiſſimum teneant locum illa, quæ circa fidei obiecta verſantur: *Attendendum eſſe* diligenter; *Tum* præcipua fidei noſtræ myſteria longiſſimè humani intellectus per-

perſpicientiam prætergredi; nec poſſe illum, Niſi Superiori lumine corroboratum, aſſenſum his præbere, vel obiectiones, quæ contra hæc proferuntur, ſoluere; adeoque humanum intellectum ſibi vim inferre, dum illis aſſentitur, quæ ipſemet ſolus potiùs aduerſari principijs naturali lumine notis cenſeret: *Tum* aſſenſum, quem fidei noſtræ Dogmata poſtulāt, eum eſſe, vt firmior ſit, quam præſtitus obiectis cognitis euidentia etiam Metaphyſica, vel Mathematica; ſi enim in optione illius foret diſſentire his, vel obiectis fidei, illis potiùs diſſentire deberet, nec paratus eſt homo ad vitam profundendam pro obiectis Mathematicè, vel Metaphyſicè euidentibus, ſicuti pro aſſerendo Myſterio Trinitatis, Incarnationis &c. *Tum* licet iure ſanè Opinio a creatura poſſit Deus exigere, vt ſibi aliquid affirmanti abſque vlla formidine aſſentiat, cum ipſe ſit Summa Veritas, qui nec fallere, nec falli poſſit, nec poſſet non id creatura præſtare, ſi euidenter cognoſceret, aliqua a Deo affirmari, cum etiam natura duce notum ſit, Deum eſſe ſummè Veracem; voluiſſe tamen vt fidei aſſenſum præcederent *Motiua Credibilitatis*, vt Theologi loquuntur, e quibus intellectus quilibet pro ſua capacitate

eui-

euidenter cognoſcit, hęc myſteria talia eſſe, vt iuxta rectam prudentiam abſque vlla hæſitatione, aut formidine credi poſſint; præter quæ etiam primarum partium Theologi requirunt *Habitum, ſeu Affectum* in Voluntate, liberaliter a Deo tributum, ad hoc vt intellectus pro merito fidei obiectis aſſentiat: *Tum* licet aliqua fidei obiecta lumini naturali conſentiant, attamen illis præſtitum aſſenſum naturæ vires ſuperare propter maiorem certitudinem, ac firmitatem &c. *Ex quibus fit*, vt reijciendæ ſint illæ opiniones, quæ facillimè aſſerunt, aliqua obiecta eſſe Diuina fide credenda; nã hæ humano intellectui ſunt iniurioſæ, Chriſtianæ Reipublicæ vehementer noxiæ, & in hoc aſſerendo peccare poſſũt etiam grauiſſimè contra ipſam fidem, vt pluribus oſtenſum eſt *Pena V. VI. ac VII. Opuſc. 3. de Probabil. Opin.* Amplectendæ potiùs, quæ affirmarent, probabile, vel probabilius eſſe huiuſmodi obiecta ad fidẽ pertinere; nam hoc ipſo indicant, fidei aſſenſum non debere, imò nec poſſe illis præſtari. At *præferendæ*, niſi plane conſtet eſſe probabilius, vel probabile hæc obiecta eſſe fidei, quę abſolutè id negant. 1. *Quia* nonnullorum aſſerta probabilitas, ſi prudens vir omnia adiun-

cta ſollicitè perpenderit, videtur niti Cauillis, ſiue non ſanis, vel non congruis Sacræ Scripturæ interpretationibus, Conciliorum, ac SS: Patrum verbis vel non fideliter, vel non integrè, vel non iuxta illorum mentem relatis &c. ac huiuſmodi opiniones excogitatæ videntur, vel ad *corrogandam pecuniam*, vel ad *auctoritatem in alios vindicandam*, vel ad *priuatorum*, & *quandoque etiam prauorũ Dogmatũ*, *quibus ſemel aliqui adhæſerunt*, *patrociniũ*, vel ad *quoſdã adulandos*, vel ad *aucupandam a nonnullis gratiam*, *laudem*, *honores*, *Priuilegia &c.* vel ad *vanam ſaltem ingenij oſtentationem*: Dico *Saltem Vanam*; quia cum nihil ſanè legitimę vtilitatis ſaltem ſint allaturæ huiuſmodi aſſertiones, in ſtabiliẽdis potiùs, ſiue tuendis contra Hæreticos, Gẽtileſque fidei noſtræ Pronunciatis ingenij Vires exerendæ, ac exercendæ erant. 2. *Quia* exiſtimandum eſt, Deum qui eſt benignus, facilis, ac ſuauis, nolle in multis vim humano intellectui inferre. 3. *Quia* cum Chriſtus ipſe pauciſſima dederit fidei præcepta, & Apoſtoli pauciſſima exegerint credenda ab illis, quos adultos Chriſti Caractere in Baptiſmo decorabant, & nonniſi in duodecim articulos, qui in Apoſtolico Simbolo contineri dicuntur, ex

communi ſententia ab omnibus credenda diſtribuerint, & quamplurimorum, quæ e ſacris habentur, vel deducuntur litteris, ſolutionem haud poſteris reliquerint, adeoque in infinitis ferme quęſtionibus ad eas ſpectantibus noſtrū exerceri ingenium voluerint, req; ipſa docuerint, non eſſe Chriſtiano, & ad cæleſtem gloriam conſequendam neceſſarium, vt explicitè plurima, imò pleraq; fideles cuncti credant, quæ in Diuinis ad illos miſſis e cælo litteris leguntur; minùs Chriſti, & Apoſtulorum mores exprimunt illi, qui paſſim proferunt Opiniones, tanquam de fide, eaſque vt tales minùs peritis ſuadere nituntur. 4. *Quia* Cum in Concilijs Primis, ac Vninerſalibus, quibus adfuerunt pietate, ac ſapientia præſtantiſſimi complures Patres, actum ſit dumtaxat de vnius, vel alterius articuli noſtræ fidei explicatione, & in vno, vel altero dilucidando Primi, ac præcipui Patres deſudauerint, ab horum more longè recedunt illi, qui ipſis & vitæ Sāctimonia, ac Veræ doctrinæ excellentia lōgiſſime diſpares plurimas concluſiones vel fictè, ac ſimulatè, vel probabiliter ad ſummum collectas ex ijs, quæ ſunt de fide, proponere nituntur, tanquam de fide. 5. *Quia* cum huiuſmodi Scriptores oſtēdere

dere non poſsint, eadem, vel ſimilia credibilitatis motiua conſpici in ijs, quæ ipſi probare contendunt eſſe de fide, quæ conſpiciuntur in illis, quæ Chriſtiana Religio certò agnoſcit tanquam de fide, imò potiùs interdum contraria ob oculos verſentur; maius imperium ſibi vindicarent illi in humanum intellectum, quam ipſemet Deus, qui ſolùm multis, grauiſsimiſq; motiuis compulſi voluit, vt nos intellectum *captiuaremus* in obſequium fidei. 6. *Quia* hæ Opiniones facilè fidei obiecta multiplicantes, noſtram fidem facillimè irriſioni exponere quæunt; *Tum quia* non fulciuntur illæ *duabus Primis, Soliſque Catholicarum Veritatum Columnis*, hoc eſt, *Diuino Verbo Scripto, vel Tradito*, quibus innixi dumtaxat definire queant ad fidem ſpectantia, qui ad id habent Poteſtatem, ſiue ſit Romanus Pōtifex, ſiue Concilium Generale legitimum, ſiue Pontifex vnà cum Concilio Generali: *Tum quia* experientia, vel euidens ratio declarare poteſt, huiuſmodi obiecta non eſſe talia, qualia huiuſmodi Opiniones tanquam ex tripode pronunciant; Quare noſtræ fidei illius hoſtes illudent, facileque ſibi, vel alijs ſuadebunt alia, quibus fidem certam, ac meritò habemus,

non

non eſſe diſsimilia. *Vtinam* hi ſtudium potiùs reponerent ſiue in moderandis, ac temperandis effrenatis, indomitiſque ſui animi Cupiditatibus, quarum æſtu abrepti in has opiniones adducuntur, inſaniſque fallacium argumentationum fluctibus eas exponunt; ſiue in ſuadendis Virtutibus Chriſtiano homine dignis, quas Chriſtus etiam, atque etiam in Euangelio, & Apoſtoli in ſuis Epiſtolis vehementiſsimè nobis commendarunt, ac nominatim ingenij neruos intenderent in curanda inter Chriſtianos mutua Caritate, ac beneuolentia, quæ haberi poteſt enimuerò, vel magiſtra experientia, licet in quibuſdam, quæ ad Religionem, Deiq; cultum ſpectare videntur, haud omnes conueniant. Complures hi ſibi addictos, deditos, obſtrictos haberent, ſi ſumma adhibita diligẽtia ſeponerent ea, quæ nulla dubitatio eſt inter Catholicos Doctores quin ſint de fide, ab illis de quibus eſt controuerſia, nec adhuc hæc dirempta eſt ab illis, qui ex Chriſti inſtituto, vetuſtaque praxi Eccleſiæ ſine vlla inter Catholicos diſceptatione ad id facultatem habent; diligenterque diſtinguerent Chriſtianæ Religionis fundamenta ab ornamentis, quæ nemo aſſenſu ſuo, vel adeò firmo, vt petit fides, compro-

probare tenetur. *Nunqnam verum ſit, e verborum preſtigijs Dominatum vllum inter Chriſtianos natum fuiſſe,*

X. *Cum ex vna parte* diuerſiſſima ſint hominum ingenia, ſiue propter indiuidualem intrinſecã animarum inæqualitatem, ſiue propter variam ſolum corporis conſtitutionem, diuerſiq; ſint hominum ſtatus, ſiue conditiones, ideoq; complures reperiãtur rudes omnino, ac plane obtuſi, qui a belluis quoq; in perſpicientia ſuperari videntur, ac preterea ſint extra omne Magiſteriũ:& ſi nonnullos ſortiantur Magiſtros, hi vel ſint imperiti, vel praua imbuti doctrina, cuius falſitatẽ vel ipſi nõ percipiãt; aut ſi diſcernant, ob malitiã tñ, vel aliã ob causã alijs proponere nolint, vel nõ audeãt: Ex alia verò parte nõ ſit credibile, ꝙ Deus velit, vt homines, qui naturalib. preceptis ſemet obſequẽtes p̃bent, eternas luãt ſẽſus pœnas eo ꝙ fidem Sãctiſſ. Trinitatis, Incarnationis, &c. explicitã nõ habeãt, cũ nihil prorſus de hiſce miſterijs audierint, vel eaſdẽ ſubeant plures idiotæ, ac ruſtici p̃ſertim, ad quorũ aures Catholice veritates haud venerũt, aut decepti sũt a Parochis, ſiue alijs, quorũ munus erat ipſis credẽda exponere, nec vnquã dubitauerint, vel ſuſpicionẽ etiam, quam ratio-

nabilem putauerint; ipſi vnquam habuerint; quod ea, quibus fidem habebant, aut quæ docebantur, falſa forent; ſi illis, quæ ſibi ſciebant eſſe præſcripta; obtemperauerint; paratique fuerint ſemper ad firmiſſimum præſtandum aſſenſum illis; quæ a Deo fuiſſe reuelatá nouiſſent: Quare licet veriſſimum ſit; *ſine fide impoſſibile eſſe Deo placere*; tanquam probabilior illa huius effati expoſitio amplectenda, quę eſt de *Fide tum Formali*, tum *Virtuali*, ſiue *Explicita*, ac *Implicita*; Qui autem cognoſcit Deum eſſe; facilè etiam cognoſcit eum eſſe ſummè Veracem, adeoque teneri vnumquemq; conſtantiſſimam fidem illius dictis habere; Quare virtualiter eam habet omnibus iam a Deo reuelatis; ac re ipſa crederet; ſi hæc ſibi proponerentur cum ſufficientibus credibilitatis motiuis. E ſacris etiam litteris Aliqui duplicem Fidem diſtinguunt, vnã appellant *Cognitionis*, & *Scientiæ*, alterum *Dilectionis*; ſeu *Caritatis*, & hanc ſolam ſatis eſſe aliquando aiunt ad Beatorum ſedem adeumdam. Exiſtimandum autem eſt quidem huiuſmodi hominibus ea, quę ſibi norunt mandata, exequentibus, dona etiam ſupernaturalia, quæ ad cæleſtis regni adeptionem neceſſaria cenſerentur, liberaliter Deum

ſal-

ſaltē interdū impertire. XI. *Licet Sacramenta poſt fidē* ſint valde opportuna, imò & aliqua per ſe ad æternę ſalutis conſecutionem neceſſaria; præferendæ tamen illæ opiniones, quæ per accidens quoque abſque actuali illorum vſu homines poſſe æterna frui felicitate arbitrantur, ac ſufficere putant, quod illa in voto habeant; cum enim Scripturæ loca, quę aduerſari videntur, congruam habeant explicationem, ac de benignitate Dei ſit præſumendum ſemper, dū homo præſtat id, quod in ſua libera eſt poteſtate, cenſetque ſibi vtile, aut neceſſarium; *Cur* coarctanda Diuina liberalitas, ac miſericordia in homines, quibus enimuerò non naſci melius fuiſſet, ſi tot, vt aliqui opinantur, ad inferos detrudendi forent; præſertim cum Deus præuiderit multos facilè cæleſtis gloriæ compotes futuros, ſi in quibuſdam circumſtantijs legibus poſitiuis nonnullis haud obſtringerētur. *E quibus* colligi poteſt, cum Originalis peccati macula propria reapſe culpa non afficiantur Adami poſteri, eas opiniones amplectendas, quæ in Deo ad illud dimittendum facilitatem, ac procliuitatem admittunt; neque putandum eſt, Deum in lege naturæ fuiſſe erga infantes liberaliorem, ac per leuius medium il-

lorum ſaluti proſpexiſſe, quam in lege gratiæ, dum Baptiſmi Sacramentum illis miniſtrari nequit.

XII. *Sicuti obligatio* ad aliquorum ſuſceptionē Sacramentorum, quæ ex Euangelio, ac Traditione verè Diuina patet, vltro admittenda; ita minùs illis adhærēdum opinionibus, quæ plurimorum obligationem ſub pec. mort. modò inducere (ſcandalo dempto) conarentur; multoque minùs alia ſunt admittenda Sacramenta, quā quæ e Sacris Litteris, ac Traditione Diuina a primis Eccleſiæ temporibus conſtanti Sanctorum Patrum conſenſu probata iam eſſe Sacramenta conſtat; in his enim, quæ ex vnico Chriſti placito originem duxerunt, illius vnica voluntas, tanquam Regula habenda eſt, non verò ratio humana quæcumque illa ſit. Quod idem aſſerendum de Sacramentorum *Miniſtro, Forma*, ac *Materia*: neque enim ſimilis, aut ęquiualens excogitanda eſt materia, aut forma illi, quam apertè Chriſtus tradidit, nec alia Miniſtrorum qualitas inuehenda, quam a Chriſto clarè indicata: Cuius mens dum non patet ex Euangelio, Epiſtoliſque Canonicis, a Traditione, ac primitiuæ Eccleſię praxi, nominatimque Primorum Græcæ Eccleſiæ Patrum, pe-

tenda eſt. Dum autem haberetur Apoſtolos, & qui illis primò ſucceſſerũt, Patres vario genere Materiæ, ac Formæ in Sacramentis conficiendis vſos fuiſſe, ex ijs proculdubio quodlibet ad illa conficienda ſatis erit. Cum Varij præterea ritus in eorum ſuſceptione, ac adminiſtratione fuerint, per ſe ſemper præferendæ opiniones, quæ pro ſe vetuſtiſſimos ritus, Sanctorumque dicta proferre poſſunt. Mos tamen cuiuſque Eccleſiæ probandus, ſi iam probatus ſit, nec antiquiſſimis ritibus, Sanctorumq; Patrum ſenſibus repugnare apertè cognoſcatur.

XIII. *Cum altera ex parte* Sacramentum, vt dicitur, *Auricularis Confeſſionis*, dicatur eſſe Chriſtianis animabus valde ſalutare, imò re ipſa neceſſarium vniuerſis, qui in aliquod mortiferũ lapſi ſunt crimen, ſi Confeſſarij copia haberi poſſit; ex altera verò negari non poſſit, quin ſit quam maximè ab humana fragilitate alienum, ſcelera cuncta grauiſſima, etiam mente ſola admiſſa, quæ vel cogitatione iterum euoluere erubeſcit homo interdum, & quæ ſi manifeſta fierent, ſummam infamiam non raro etiam in poſteris ſuis, conſanguineis, amicis &c. contraheret, ſæuiſſimas pęnas, imo & atrociſſimam mortem quandoque ſubiret, nec pla-

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUEL

nè ſit certus homo, quod Confeſſarius illa nemini ſit indicaturus, opiniones illæ *amplectendæ*, quæ perquam facilem reddere poſſunt huiuſce Sacramenti ſuſceptionem; adeoque
1. *illa*, quæ *Sacramentali ſigillo* fauent; ſi enim aſſeratur vel ſemel licere criminis vel vnius, aut circumſtantiæ ad illud ſpectantis patefactę in hoc Sacramento manifeſtationem alteri quicumque ille ſit, aut ſigno aliquo externo ipſi etiam pœnitenti tantùm noto poſt confeſſionem indicare aliquod crimen in Confeſſione explicatum fuiſſe ab illo, facilè homines ab huius Sacramenti ſuſceptione retardabuntur, & vel eam legem humanæ accommodam imbecillitati non exiſtimabunt, vel cenſebunt ſe ad eam non teneri, ſi non ſint moraliter omninò certi, quod ea altiſſimo ſint ſepelienda ſilentio, nullamque habeant probabilem ſuſpicionem, quod ea vlli prorſus ſint aperienda; vel ad ſummum exiſtimabunt a ſe Confeſſario patefacienda illa, in quæ huiuſmodi ſuſpicio non caderet, & quæ nullum ruborem, vel damnum ſibi afferrent. Quid ſi homines ſcirent, a nullo adhuc Generali Concilio, vel Pontifice ex cathedra vllum prodijſſe decretum, quod de fide foret, *Confeſſarium ad Sacramentale ſigil-*

lum

ſum teneri, quod cuſtodire ſemper, licet mortis periculum immineret ſibi, vel *excidium Prouinciæ*, aut *regno, etiam teneatur*. Quid ſi prætereа ſcirent, Confeſſarios nec paucos in hoc peccare, vel ob incogitantiam, vel ob ignorantiam, vel ob malitiam, vel quia ſibi ſuadent licitam eſſe quandoque alicuius criminis patefacti in Confeſsione manifeſtationē ob publicum aliquod bonum, vel priuatum ſuum, ſuorumue ingens commodum; conſenſus enim Theologorum communis negans eam licere vnquam ad ſummum contrariam ſententiam reddit temerariam; non eſt autem temerarius ille, qui aliqua probabili ratione, vel auctoritate ſuffultus ab ea diſcedit: Nec quamuis hæc ſententia videretur deduci euidenter ex ijs, quæ tanquam certa dicuntur definita de hoc ſacramento, oppoſita dicenda foret hæretica, vel erronea; tum quia opus foret, vt hæc euidens deductio pateret; tũ quia etiamſi diceretur illam patere, adhuc neceſſe foret, vt Eccleſia id declararet, cum poſsint homines in huiuſmodi conſecutionibus, atque conſequentijs decipi &c. 2. *illis*, quæ facilem reddunt *Sacramentalem Abſolutionem*; cum enim quorumdam peccatorum abſolutionis reſeruatio in animarum beneficium

dicatur inſtituta, ſi ex illa retardari potiùs homines a Confeſsionis Sacramento liqueret (quod facilè eueniret, ſi reſeruarentur illa crimina, quibus plerique homines ſemet obſtringunt, & a quibus illi perpenſa communi hominum conditione ęgerrimè ſe abſtinent) haud eſſet admittenda], vel illorum tantummodo, quam viri pij, ſapientes, ac prudentes, animarumque ſalutis cupidiſſimi certò cognoſcerent expedire, vel toti Reipublicæ Chriſtianæ, vel tali Prouinciæ, Ciuitati, Diæceſi &c. Quare cum mores hominum eiuſdem quoque Ciuitatis, ac Diæceſis ſubinde immutentur, caſuum reſeruationes etiam immutandæ. *Hinc* repellenda prorſus eorum ſententia, qui a Sacramẽtalis ſigilli obligatione eximunt Superiorem, a quo petitur facultas a reſeruatis abſoluendi, ac illorum, qui cenſerent publicas pœnitentias poſſe ab illo decerni illis, qui internuncio Confeſſario poſcunt, vt detur poteſtas ſe a criminibus quibuſdam occultis abſoluendi. Illorum potiùs ſuſcipienda opinio, quæ putant licitam eſſe; *tum* Confeſſionem in quibuſdam circumſtantijs non detectis Confeſſario criminibus, quorum abſolutionem ipſe impendere non poteſt; *tum* abſolutionem quandoque ex rationabili-

biliter præſumpta voluntate æqua Prælati ipſius,vel Maioris Prælati, cui alter ſubditus ſit, qui ea reſeruauit. Prudentia tamen, quæ virtus in Confeſſario potior eſſe debet, quam ſcientia,hìc quam maximè illi opuſ. 3.*illis*,quę probabiliter exiſtimant quædam non eſſe neceſſaria ad *Attritionem*, quæ Sacramentalem abſolutionem præcedere debet; Cum enim dicatur Confeſſionis Sacramentum reddere hominem *ex Attrito Contritum*, ſiue *æquiualere Attritio vna cum Abſolutione Contritionis virtuti*, addaturque Chriſtum hoc in lege Gratiæ Sacramentum inſtituiſſe, vt faciliùs peccatorum veniam homines conſequerentur; An non valde minora in attritione exigenda,quam in contritione; cuius ſola virtute cum peccantibus in lege naturæ, & ſcripta condonata fuiſſe delicta a Deo iam fermè certum ſit;nobis difficiliorem hanc veniam reddidiſſet Chriſtus,ſi onus Confeſſionis tum ore, tum coram alio nos in lege gratiæ ſubire voluiſſet, & præterea poſtularet, vt ſimilem contritioni dolorem, vel parùm illi diſſimilem ſuſtineret animus noſter,antequam a Confeſſario peccatorum, quæ ipſi cum ſummo rubore detexit, abſolutionem impetraret. 4.*illis*, quæ non adeò exactam peccatorum

quo-

quorumcumque enumerationem cum omnibus ſibi adiunctis poſtulant; Cum enim in vetuſtiſſimis ſæculis dicatur fuiſſe Sacramentalis Confeſſio, nec e Sanctis Patribus, vel etiam antiquioribus Summis caſuum conſcientiæ (hæ non niſi quatuor ab hinc ſæculis circiter conſcriptæ, ac editæ fuerunt) habeatur, tam *accuratam, plenamque peccatorum, omniumque illis adiacentium confeſſionem ad Sacramentalem Abſolutionem poſtulari*, qualem requirunt Theologi Scolaſtici, ac Morales non pauci, & e recentioribus nominatim, qui ſunt aſſueti in cubiculo ſpeculari, nec in animarum ſalute curanda operam ſuam collocant, vel illius cupidi ſunt, & Metaphiſicas ſubtilitates in Moralibus incongruè, ac ineptè proſequuntur; illæ opiniones *præferendæ*, quæ non adeò moroſam peccatorũ inueſtigationem, ac recenſionem a Cõfeſſionis Sacramento flagitari putant. 5. *illis*, quę *Secretam omnino peccatorum narrationem* requirunt, ideoque putant nunquam teneri coram vllo in quacumque circumſtantia hominem narrare occultum aliquod delictum, vel per interpretem illud aperire Confeſſario, vel in carta deſcribere crimina, vt ipſorum memoria faciliùs occurrat &c. Si enim ſecreta omninò

nò eſt vix humanis accommoda viribus, cur non ſecretæ omnino onus illis imponendum? Amplectendæ potius, quæ e *Scripto etiam* (non ſermo hic eſt de Confeſſione per litteras &c. facta, quæ licet non eſſet contra Diuinum Ius, iuſtis tñ e cauſis vetari per ſe potuit) *a pœnitente exhibito, lectoque a Confeſſario*, vel *ſignis, quæ vim vocis habeant*, peccata indicantibus, Sacramentalis Confeſſionis actum exerceri interdũ poſſe putant 6. *illis*, quæ inter Confeſſionem, Doloremq; *moralem quamdam ſolùm vnionem poſtulant*, ideoque affirmant, non ſolùm ſatis eſſe dolorem, qui immediatè ante abſolutionem elicitus fuerit, verum etiam qui multò ante Confeſſionem fuerit elicitus, dummodo ille non fuerit reuocatus, nouumque crimen ſuſceptum; Sic enim & multa interpoſitis etiam diebus geſta vnum conflare crimen aliquando dicuntur. 7. *illis*, quæ quocumque exteriori ſigno indicetur dolor internus, poſſe interdum ſacramentalem abſolutionem impendi putant, adeoque *mores pœnitentis præteritos, qui iam eſt e vita exceſſurus, ſatis eſſe ad abſolutionem*, licet *nullum plane doloris ſignum tunc ille præbeat*: Etenim cum hæc per quam neceſſaria exiſtimetur, eo quod *veræ contritionis* actum elicere difficillimum

limum

limum eſse communis ferat ſententia(ad *quem tamen e cælo Deum vires ſuppeditare idoneas in nonnullis circumſtantijs valde eſt ſuaſibile, maximè dum homo praſtat id, quod in ſua eſt poteſtate,* aut *ſe indignum tunc diuino non ſe exhibet beneficio)* illam quoque Chriſtum facillimam inſtituiſse, vt paſsionis ſuæ fructum multi re perciperent, exiſtimandum videtur. 8. *illis*, quæ Confeſsario *Iudicis quidem partes, ſed potiſſimas Animarum Medici deferunt*, ſiue aſserunt Confeſsarium eſse ſimul *Iudicium*, ac *Medicum*, ad quem ſpectet tales pœnas pœnitenti ſtatuere, talia medicamenta illi præſcribere, quæ illum remoueant præcipuè a ſimilibus delictis in poſterum perpetrandis. Non minùs equidem videtur Chriſto fuiſse in hoc inſtituendo Sacramento propoſitum, vt illius Miniſtri pœnas ſtatuerent in delicta iam patrata, quam medicinam afferrent ab illis deinceps patrandis præſeruantem; Quare minùs amplectendæ ſententiæ, quæ *non æquè dolorem de præteritis delictis*, ac *propoſitum in ea iterum voluntariè non prolabendi poſtulant*; & quę *Indulgentiarum*, ac *huiuſmodi Indultorum* virtute homines eximũt a pœnitentijs ſic a Confeſsario impoſitis; quæ ſi haud ſint tales, ille muneri ſuo, vt par erat,

fun-

functus non erit; ideoque pœnas non tantummodò Deus, Chriſtuſque de illo ſumēt acerbiſſimas, vtpote qui ſibi demandatum munus non plenè executus fuerit, verum etiam ijſdem afficiendus eſset (ſi id ipſi conſtaret) ab Eccleſiaſtico Iudice, ac Præſule. Hic enimuerò tenetur ſummum adhibere ſtudium, vt Confeſſarij demandatam ſibi prouinciam rectiſſimè adminiſtrent; in illis.n. maximè modò innituntur commoda non ſolùm ſpiritualia, verum & Temporalia perſæpè, tum ſingulorum fermè Chriſtianorum, tum Chriſtianæ totius Reipublicæ. *E quibus* obiter inferri poſset, per ſe *amplectendas Opiniones*, quæ difficilem reddunt Confeſsariorum approbationem, nouo examini etiam approbatos, *licet Parochi ſint, licet Regulares ſint*, illos ſubijciunt &c. Si enimuero *pauci, ijque idonei inſtituerentur Confeſſarij*, hoc eſt, *probi, ſapientes*, ac *prudentes* maximè, quibus grauiſsimè interdiceretur quodlibet etiam ſub eleemoſinæ nomine a pœnitentibus recipere *prætextu, ſiue intuitu confeſſionis, ita vt cæteroqui pœnitens illud non tribueret* (quibus tamen aliunde congruum tribueretur ſtipendiū ad ſe alendos, quod e pinguiſsimis quorumdam beneficijs ſubtraheretur) *& peccantes in*

ſuo

ſuo munere omninò remouerentur ; maior equidem in virtutibus Fidelium progreſsus conſpiceretur.

XIII. *Cum inter Sacramenta* Principem locum habeat *Euchariſtia*, quæ in ſe omnium Auctorem Sacramentorum continere dicitur, ita probandæ ſunt illæ ſententiæ, quæ maiorem illius, quam compluribus in more poſitum eſt, frequentationem ſuadent, vt potiores habendæ ſint, quæ *Venerationis, ac Obſeruantiæ erga illud maximam rationem habendam eſſe putant*: licet enim quotidianus etiam illius vſus per ſe commendabilis foret, communi tamen modò humani, Chriſtianique generis fragilitate attenta, experientia etiam teſte in pleriſque ex his, qui ad illam accedere ſæpe ſæpiùs ſolent, magna illius frequentia minus laudabilis videri poteſt, cum verus illius cultus imminuatur, nec ſe illis virtutibus ſemet exornent fideles, quarum nitorem Sancti Patres, antiquiorumque ſæculorum praxis exigebant in ijs, qui *cæleſti hoc pane* reficiendi erant; animabuſque magis eſſe ſalutare cenſetur aliquando ſolùm Diuinum hoc celebrare Conuiuium congruis præparationibus adhibitis, quam abſq; illis ſæpe; videturque potiùs cæleſtis ira prouocari,

uocari,

uocari,quam miſericordia implorari ab eo,qui cordis non concinnè, & aptiſſimè parati hoſpitio Deum excipit. Quædam enimuerò opiniones dum haſce extenuant, eleuantque præparationes, debito huic Sacramento honori derogant;indeque nullus ferme ſpiritualis fructus conſpicitur in pleriſque illud ſæpiſſimè, & quandoque in ſingulos dies frequentantibus; qui tamen ſummus apparere deberet, ſi vera ſunt omnia, quæ de huius Sacramenti virtute prædicantur. Cum Regula tamen Generalis cuique conſona nequeat aſsignari,*illud generatim aſſerendum eſt; I T A ſpiritualem animarum fructum ſibi proponendum, vt tamen maximè tanti Sacramenti Veneratio attendatur*; ſi enim ille ſolùm æſtimaretur, in ſingulos dies in *Cæleſti hac menſa* pluries accubandum foret, Calicis vſus promiſcuè cuilibet concedendus &c. *Nec dubitandum etiam*,quin ſi multi e Sacerdotibus non tam frequenter celebrarent, & omni opera contenderent, quemadmodum tenentur, Prælati,vt Sacerdotes,& maximè illi,qui quotidie, aut ſæpiùs celebrant, ea eſſent vitæ integritate conſpicui, quam & Sacri Canones, ac SS. Patres poſtulant, Sacerdotes forent minoribus contaminati vitijs, quam modò ſunt cum ingenti

genti

genti hæreticorum, infidelium, imò & Catholicorum ſcandalo (quod equidem eſt *actiuum*, & neceſſe prorſus eſt remoueri, de quo Matth. 18. *Veh homini illi, per quem ſcandalum venit*, ſiue etiam non impedit, cum poteſt) indeque etiam *S. Euchariſtiæ* veneratio augeretur, ad quam conficiendam omnes Ordines magis, vel minùs proximè diſponunt. Ad id peropportunum foret, ſi Sacerdotum multitudo valde imminueretur, quod expedire vero Eccleſię bono e Sacris etiã Canonibus, Sanctiſq; Pontificibus, ac Patribus egregiè probauit *Philibert. March.* Nouarienſis *Ex Cler. Regul. Barnab.* in Opere de *Sacramento Ordinis cap.* 10. cui titulus eſt. *Vtilius Eccleſiæ Dei fore, paucos optimos, quam multos minùs bonos ordinari Miniſtros*. Verum remedium hoc adhiberi non poteſt, niſi duo alia remoueantur mala, hoc eſt, *ambitio* in multis ex ijs, quorum eſt in Clericorum numerum laicos cooptare, ſiue *cupiditas* multos ſuæ iuriſdictioni ſubiectos habendi, & in illis, qui ordines ſuſcipiunt *deſiderium otij, queſtus, ſeu lucri, honorum, diuitiarum &c.* vt habet *Cathechiſmus Romanus n.* 4. *de Sacram. Ordin.* iuſſu *Pij V.* editus. Vtinam ſub Pietatis, atque Religionis ſpecie inductæ quædam a nonnullis ab hinc

ſæcu-

ſæculis opiniones, quæ in vulgus emanarunt, tanti non ſint cauſa mali. Ego quidem totis artubus contremiſco, cum lego, quæ *S. Bernardus* ſæpè, ſed præſertim de *Conuerſ. ad Cler. c. 29.* habet. Benedictus Deus, quod hic Sāctus vir noſtris non extiterit temporibus, quia ſi vel Decimam partem eorum protuliſſet, quæ in eius libris leguntur contra Eccleſiaſticos, atque Primarios, ac Regulares, a nonnullis recentiorib. & Theologis, & qui ſe ſpirituales appellāt, vel vt tales habētur a parum peritis, tanquā hereticus, vel ſuſpectus de hæreſi condemnaretur; tanquam ſcandaloſa reijcerentur plura, eorūq; lectio interdiceretur, quæ publica Eccleſiaſticorum, ac Regularium vitia ſugillant, ac nominatim vetaretur illius *Apologia ab Galiel. Abb.* Quorum tamen inſipientem conatū reprehendit ipſemet dicens, *Non aduerſus ordinem, ſed pro ordine diſputari putandus ero, ſi non ordinem in hominibus, ſed hominum vitia reprehendo; & quidem diligētibus ordinem in hac re moleſtum me fore non timeo, quinimmo gratum proculdubio accepturi ſunt, ſi perſequimur quod & ipſi oderunt: Si quibus verò diſplicuerit, ipſi ſe manifeſtant, quia ordinem non diligunt, cuius vtique corruptionem, id eſt vitia damnari nolunt. Ipſis itaque illud Gre-*

 goria-

gorianum reſpondeo, *Melius eſt vt ſcandalũ oriatur, quam veritas relinquatur.* Conſentit *S. Bernardo* Seraphicus *S. Bonauentura cap. 9. tract. de Præpar. ad Miſſam* ſic dicẽs: *Væ, Væ Domine Deus; quanti homines infelices ad ſacros ordines accedũt, & Diuina myſteria accipiunt, non cœleſtem panem, ſed terrenum quærentes; non ſpiritum, ſed lucrum; non Dei honorem, ſed ſuam ambitionem; nõ ſalutem animarum, ſed quæſtum pecuniarum; non Chriſto ſeruire mundo corde, & corpore in ſacris myſterijs, ſed deliciari; non vocati a Deo, ſed impulſi a Diabolo, tanquam Dathan, & Abiron.* Tanto congruam Sacramẽto venerationem exhibeant Sacerdotes, & maximè dum celebraturi ſunt; Eadem in reliquis omnib. vt paterit, augebitur. *Hinc per ſe* præferendæ opiniones, quæ Sacris Canonibus innixæ multa requirũt in Ordinãdis, quos eludere conantur quædã recentiorũ ſententię.
XV. *Cum equidem ſolummodò* ad immortalis conſecutionem vitæ Diuinorum mandatorum obſeruantiam eſſe neceſſariam apertè tradiderit Chriſtus, qui eſt æterna Patris ſapientia, illæ opiniones, quæ horum obſeruantiæ inſiſtunt, *præferendæ* illis, quæ aliorum præceptorũ, quæ in ſacris non habentur litteris, multitudinem, & non raro leuiſſima impulſi ratio-

ne,

ne, inducunt; nam facilè Euangelicæ legis *iugum*, ac *onus*, quod Christus *ſuaue*, ac *leue* pronũciauit, inſuaue, & graue, imò Moſaico (quod *Petrus ipſemet* in primo Apoſtolico Concilio, ad *cuius normam* omnia dirigenda ſunt Concilia, *intolerabile* fuiſſe pronunciauit apertiſſimè) inſuauius, grauiuſque euaderet, ſi nonnullorũ ſenſibus ſtandum foret. Vtinam experientia, quæ nunquam ſatis deploraretur, vllibi pateat, quod vbi plura alia data ſunt humana præcepta, vel ficta etiam, tanquam Diuina, ea quæ in Decalogo habentur, & quæ ſi diligentiſſimè cuſtodirentur, pax, & charitas, quam ante cętera commendauit Chriſtus, & Chriſtianæ Religionis teſſeram eſſe voluit, adeoque Tranquillitas in Chriſtiana Republica vigeret; minori in pretio habeãtur; atque fiat, vt propter quaſdã opiniones, quæ ſub pietatis ſpecie in Chriſtianorum animos irrepſerunt, ad quędam pietatis opera vel impellentes, vel ita vehementer hortantes, vt hominum vulgus, adeoq; maxima hominum pars, ad illa ſemet exiſtimet teneri, ac arbitretur, ſibi ad ęternam felicitatem aditum non patere, niſi in illis ſemet exerceat; ſolam, vel potiorem curam in his, quam in Diuinorum cuſtodia, mandatorum Naturę etiam

conformium reponi conſpiciatur. *Dei equidem Amoris, & Cultus præcipuum argumẽtum eſt, ab illius, ne digitum quidem, diſcedere præceptis*; Illorum equidem obedientia cuilibet creato præferenda bono. Inter hæc autem haud enumerantur quædam Corporis afflictiones, quædam precum recitationes, &c. quæ licet ſecundum ſe laudibus etiam vſq; ad Cælũ efferri poſſent; ſi tamen res ipſa declararet, fideles in his potiſſimùm inſudare, ac exiſtimare, licet ex conſuetudine quoque Diuina violarent præſcripta, ſe illorum præſidio illud a Deo beneficium conſecuturos, vt cæleſtis gloriæ compotes reddãtur; ſatiſque putarent humanas quaſdam colere traditiones, & quod alicui ex harum cultoribus eueniſſe narratur, tanquam cõtra conſuetas naturæ, & gratiæ leges a Deo geſtum, fore vt ſibi idem contingeret, ſibi ſuaderent; atq; arbitrarentur Deum facilem daturũ veniam ipſis peccantibus contra ſua præcepta, ſi tamen humanis quibuſdã obẽtperarent conſilijs; ac prꝗterea eadem experientia declararet, hęc, & illa moraliter vnà ſeruari non poſſe, ſiue difficillimum plane eſſe; *haud amplectẽda forent opiniones iſtæ*, quæ a Diuinis obſequendo mandatis retardarent, etiamſi prolatę a viris, qui in albo

ſpi-

ſpiritualium recenſerentur; nam hi, aut verè non ſunt ſpirituales, inſanaſque auaritiæ, ſuperbiæ &c. affectiones virtutũ coloribus adũbrant, cum tamen *totius iniuſtitiæ nulla capitalior ſit, quam eorum, qui tum, cũ maximè fallunt, id agunt, vt viri boni eſſe videantur*, teſte vel ethnico Oratore, ac Philoſopho; aut ſi tales re ipſa ſunt, imprudentes, rectæque Rationis expertes iuxta c. *Non ſolùm de Reg. in 6.* appellãdi sũt. Ille Chriſtianus, ille Rationis quam maximè compos, qui Diuinorum inſiſtit obſeruantiæ præceptorum, & in hoc omnem ſuam, quã poteſt, operam confert. Legantur diligenter dicta Animad. 32. quæ incipit, *Caueat, ne cum eſt a Conſilijs, &c. cap. 4. Opuſc. 2. Animad.*

2. PONO Cum Quiſq; Chriſtianus ſit pars illius Reipublicę, quam Chriſtus in terris inſtituit, in qua communionem eſſe voluit fidei, ac ſacramentorum, & cuius inſigne ſtatuit Caritatem, mandans vnicuique de proximo ſuo, ac iubens alterum alteri opem ferre, quam poteſt, in omnibus plane bonis, quæ tùm ad Corpus, tum ad Animam maximè ſpectant, quod ipſemet mirificè exemplo ſuo perfecit; Minùs Chriſtiana hac Cõmunitate dignos eſſe illos, qui ſuis opinionibus facilè mortifera peccata

multiplicāt. Quare ſapiēter *Ioannes Gerſon.* qui teſte *Poſſeu.* atq; *Bellarm.* fuit vir ingentis doctrinæ, ac pietatis, 3.*p. lect.* 4. *de Vit. ſpir.* ſcriptū reliquit; *Doctores Theologi non debent eſſe faciles ad aſſerendum aliquas actiones, vel omiſſiones eſſe peccata mortalia, præſertim ſub verbo vniuerſali, maximè cum obſeruatio cōmunis obnititur, ob uiatq;* vbi non ſunt certiſſimi de re ipſa; *nec talia prædicanda ſunt populo;* nam per huiuſmodi aſſertiones voluntarias rigidas, duras, & nimis ſtrictas in rebus incertis nequaquam *eruuntur homines à luto peccatorum, ſed in illud profundiùs, quia deſperatius,* demerguntur. *Hinc etiam generantur ſcrupuli inquietatiui ſimplicium, vt eis ſit ſolidum nihil; nam etſi* Beatus vir, qui ſemper eſt pauidus, *& veretur peccata ſua,* obſeruandum tamen eſt ſummopere illud *Terentianum,* ne quid nimis, *&* ne in ſcirpo nodū quærant. *Demum quid prodeſt, imò quid non obeſt, coarctare plus iuſto mādatū* Dei; quod eſt Latū nimis? *quid inſuper expedit amarius, grauiuſq; reddere illud* Chriſti iugū, quod ſuaue eſt, & onus eius leue? *Nam etſi cōtemptus ex hac laxatione, & dulcedine apud aliquos improbos maior oriatur, habentes velamen malitiæ libertatē;* at apud alios benè inſtitutos gratiarum reſonabunt actiones. *Præſtabitur etiam*

ſedu-

ſedulius ſeruitium Domino, cuius mādata *grauia non ſunt, quippe qui non vult nos tentari, & grauari ſupra id quod poſſumus.* Quibus non ſolùm ſubſcripſit *Hierony. Curiel* celebris Iuriſconſultus *tract. de Vſuris* fol. 127. verum & *Gabriel Biel* in ſuis pereruditis, vt appellat Poſſeu. in App. in *lib. ſentent. Comm. d.* 15. *q.* 13. *in* 4. *a.* 2. *concl.* 3. *corol.* 1. hæc addit: *Incautum eſt, & malū* aſſerere aliquem actum fore peccatum mortale, vbi illud nec ſufficienti auctoritate, nec euidenti *ratione oſtenditur*; nam hoc eſt *ponere laqueum pedibus ambulantium*, & inducere certum mortale, vbi mortale nō eſt, vel eſſe certū nō eſt: *nam iſta aſſertio, dum acceptatur a populo, licet foret erronea*, facit tamē *contrauenientem* peccare mortaliter, *quia facit agere contra conſcientiam eum*, *qui aliàs non peccaret mortaliter in tali facto*; *non habita huiuſmodi conſcientia*. Hoc idē priùs animaduerterat Theologorū Princeps *Angelicus Doctor quodlib.* 9. *q.* 11. *a.* 13. *in Corp.* qui & illa protulit, *q̄ omnis quaeſtio, in qua de mortali peccato quaeritur*, niſi expreſsè veritas habeatur, *periculosè determinatur*, &c. ac paulò poſt, *Praecipuè autem periculoſum eſt*, *vbi veritas ambigua eſt &c.* Eſtne iuxta Chriſtianā Charitatē, ſi multis ita ratione præire poſſis, vt rectà incedāt, ad rupes

eos compellere, ex quibus præcipites ruant? Eſtne hic *Chriſti adiutor*, qui animabus ad Cœlum viam magis lubricã commonſtrat? Eſtne hic *Patris æterni imitator* in ſuauiter animabus ad Chriſtum adducendis, trahendiſque? Exhibeat Deus iuſtitiæ ſuę argumenta in hęreticos, ac infideles; Catholicos a Deo miſericordiæ ſuæ vberibus ali permittant Doctores, neque Lac iſtud ſuauiſſimũ inſuaue enimuero, ac veluti venenatum ſuarum opinionũ liquore reddant. Quò plures aliquis ad Dei, Chriſtiq; obſequium allicit, nonne eò maiori Deum, Chriſtumque ſe amore proſequi declarat? *Sanctificat* enimuerò *nomen Dei*; qui illi externam ab hominibus gloriam curat; quod cum maxima ſaltem ex parte ab infidelibus, ac hæreticis cõſequi non poſſit, an non æquum erit, vt id a Catholicis obtineat? Obtinebit autem, ſi plæræq; Catholicorum animæ æuo ſempiterno in cælis fruentur. *Ad quid Chriſtus* tot, tamque immanes ſubijt vltrò cruciatus cũ valde opprobrioſa morte, niſi vt mortale genus e dæmonis manib. ereptũ cælo insereret? *Chriſti Paſſionis fructum* te non percipiunt infideles, ac hæretici; ac ne eundem percipiant plerique Catholicorũ, quorum quidem omnium eſt *puſillus grex*, Scri-

ptores quidam, q̃ui ſe maximè Catholicos exiſtimant, operam ponēt? Non ne præclarum miſericordiæ, & Charitatis opus eſt humanã coadiuuare imbecillitatē, vt in via ad cælũ nõ deficiat, ſed potiùs alacriter progrediatur? Ægerrimè quidē Auctores nonnulli a grauiſſima excuſari poſſunt culpa, qui paſsim, ac futilibus quibuſdã argumentationibus nonnullis actionibus peccati mortalis notã inurunt. *Hinc* ampleċtēdæ potiùs opiniones 1. *illæ*, quæ vbi idonea auctoritas e verbo Diuino ſcripto, ſeu tradito, aut e SS. Patrũ vnanimi conſenſu, aut euidens ratio id non oſtendit, *a peccati mortalis labe immunitatem admittunt*, licet contrariæ probabiles forent. 2. *illæ*, quæ hanc doctrinam ad *peccata Venialia* extendũt; nam hæc etiã minùs ſuaue Chriſti iugum reddunt, minuſque leue Euangelicæ legis onus, minuſque lata Diuina mandata, & peccatorum, quibus irritetur Diuina Maieſtas, periculis fidelium animas obijciunt &c. 3. *illæ*, quæ multa in Sacris Litteris, in Canonicis, ac Ciuilibus legibus contineri *Conſilia* putant, licet præcepta videantur; & ex his nõ pauca *ſi non violentur ex contemptu*, haud illis obſequentes (*ſcandalo dempto*) eſſe mortalis culpæ reos. 4. *illæ*, quæ ad *pœnam tantùm ſub-*

eundam,

eumdam, non ad culpam obligant. Legantur ad hæc dicta *Animadu. 23. c. 4. op. 2. Animad.* Peccant quidem magis Scriptores, qui ratione, vel auctoritate congrua non ſuffulti peccatorum lethalium multitudinem inducunt, quam qui minùs etiam rationabiliter imminuunt; nam ſicuti teſte Philoſopho defectus in liberalitate, qui per auaritiam, eſt magis vituperabilis, quã exceſſus per prodigalitatem; qui enim auarus eſt, ſibi, & proximo per auaritiã nocet; per prodigalitatem verò beneficium prodigus proximis impendit; ſic in virtute Iuſtitiæ, *inquit ille*, exceſſus peior eſt, quia vergit ad *crudelitatem*, quã defectus per *nimiam remiſſionem*, quæ vergit ad *puſillanimitatem*, per quam minùs *læditur reus puniendus*, quam per *crudelitatem caſtigaretur*. Hinc *c. 26. q. 7. c. alligant* dicitur, *Melius eſt de miſericordia, quam de ſeueritate rationem reddere*; quibus e *S. Chriſoſt.* deſumptis illa quoq; ibi adduntur aurea verè verba; *Vbi enim Pater-familias benignus eſt, diſpenſator non debet eſſe tenax. Si Deus benignus eſt, vt quid Sacerdos eius auſterus? Vis apparere Sanctus? Circa Vitam Tuã, eſto auſterus, circa alienam benignus.* Videat *ex his obiter* quicumque prudẽs, ac pius, an *Sancti* forent appellandi, vel *Sancti* nomen meritò ſibi

meritò

meritò vindicarent illi, qui *circa vitam ſuam benigniſſimi forent, laxiſsimaſq; & verè ſcandaloſas ad minùs ſuis fauentes commodis opiniones complecterentur*, circa alienam auſteri valde forent, rigidiſque omninò, cum de illorum vtilitate etiã ſpirituali ageretur, ſentẽtijs adhererent, in *virga*, vt aiunt, *ferrea* alios regerẽt, ſine miſeri cordia alios punirent: *Cum de ſua, aut ſuorum re agitur, ſe nulla teneri lege arbitrarentur, & pro ſe ſtare affirmarent Theologorum, adulantium tamen ſæpe, placita*; cum de ſpectantibus ad externos, vel alios, quos maximè ſuis cupiditatibus, aut placitis non fauere exiſtimarent, ageretur, ſe peccare dicerent, ſi in quibuſdam etiam valdè æquis illis indulgerent, alligatamque ſibi poteſtatem faterentur à Theologis, Decretis &c. *Sibi licitam redderent Iuris quandoque etiam Diſpenſationem in cauſis, quæ ſuum honorem, aut vtilitatem quoque temporalem reſpicerent*; In legibus autem poſitiuis diſpenſationẽ petentibus (quã *ſæpe ſaltem, & in interiori foro* haud petere foret neceſſe, præcipuè ſi dicatur cũ pluribus Theologis hæc ſolùm eſſe *declaratio*, quod in hoc & in illo caſu lex illa non vrgeat; hæc enim poteſt haberi doctrinalis à viro prudenti, ſatiſq; perito) *auſterè* denegarent, licet valde rationabile,

eò quod ſe peccati reos facerent, Theologoſq; etiam ſic ſentientes afferrent; *ſtudiiſque cuſtodiendæ diſciplinæ vellent*, ab imperitis tamen, *haberi. ſi circa quędam minoris, aut leuis pōderis ſeruanda ſe auſteros oſtenderent, rigidaſque proſequerentur ſententias*, cum cæteroqui eſſent deſides, ac effęminati in curando, vt quę maximi eſſent momenti pręſtarentur, non Euangelio, non antiquis inſtitutis conformium opinionum ſectatores, quæ veluti prætereuntes munus ſuum grauiſſimum implere ipſos poſſe ſuaderent &c. Veriſſimum quidem illud eſt quod *Caſſiod. lib. 1. Var. epiſt.* dixit, *Procliuior ad miſericordiam*, quę eſt erga alios, *Via Bonis mentibus ſemper patet*. Quare ſignum *Malarum Mentium* erit, eſſe ad *Crudelitatem* procliuiores, tùm in factis, tum in dictis, ac ſcriptis.

3. PONO licet reijciendæ ſint omninò ſententiæ, quæ in Eccleſia, Eccleſiaſticiſque Præſulibus non admittunt poteſtatem ferendi leges, pœnas decernendi &c. illis tamen adhærēdum potiùs, quæ hanc poteſtatem certis circumſcribunt cancellis, quam qui nullis fermè eam definiunt, ac illa diſtinctione adhibita *Per ſe*, ac *Per Accidens*, *Primariò*, *& Secundariò*, in Eccleſiaſticis ſolummodo omnem ſupremam etiā

tem-

temporalem poteſtatem,ſi eorũ mens, ac principia ritè perpendantur, tandem reponunt. Cũ equidem *Eccleſiaſticæ Poteſtatis a Chriſto inſtitutę finis* iuxta omnes Theologos, & Canoniſtas ſit *Animarum ad æternam ſalutem. Directio*, quam per fidem, & Sacramenta potiſſimè haberi ipſemet Chriſtus in Euangelio non ſemel declarauit; *Opiniones illæ cæteris præferendæ*, quę Eccleſiaſticos cõpellũt ad cumulatè huic obligationi ſatisfaciendum; adeoque tanquam minùs rationabiles eſſent repellendæ, quæ in Eccleſiaſticis fouerent temporalium honorum abundantiam, copiam, appetentiam, vel ſuperbiam, inſanàmque honorum, & in alios dominandi cupiditatem, miram politicarum, & ad Ciuile regimen ſpectantium artium peritiam omiſſo ſacrarum litterarum, Apoſtolicarum Conſtitutionum, & Sacrorum Canonum, maximè antiquiorum, proprium eorũ munus exactè, ac vnicè indicantium ſtudio, &c. Cũ enim Chriſti, & Apoſtolorum, aliorumque Primorum Eccleſiæ Patrum ſe locum tenere dicant, eorum quoque imitatores eſſe debent, qui cum verbis, tum factis docuerunt, temporalium cõmodorum vbertatem, ſtudiumque nimis ſollicitum Eccleſiaſticis eſſe vehementer deuitandum,

dum, ac in illis potiſſimè opus eſſe, vt præfulgeant virtutes Chriſtianam, ne dum Moralem vitam agenti homini congruæ. Vtinam nullæ vnquam ab adulatoribus Theologis excogitētur opiniones priorum ſæculorum praxi, Sanctorumq; dictis haud congruæ; efficerent enim, vt in pluribus, quę *incidenter*, ac veluti *per tranſennam*, ac etiam *per alios* tractanda erant, vel etiam quandoque penitus omittenda, vniuerſam fermè operā collocarent Eccleſiaſtici, eaque agerent, & vſurparēt, quæ ab eorum inſtituto planè forent aliena, ac de nulla re minus cogitarēt, quam de animabus, quarum a Chriſto cura ipſis demandata eſt, ad cæleſtis gloriæ adeptionem rite dirigendis. Regula Generalis pro opinionibus ad Eccleſiaſticos ſpectantib. hæc poſſet ſatis congrua exiſtimari; *Quæ circa ſpiritualia in ædificationem Eccleſiaſticæ Poteſtati maximè fauent, vltrò amplectenda; Quæ in deſtructionem, ſcandalum, &c. haud amplectendæ*. Illæ autem non ſunt in ædificationem, ſed deſtructionem, 1. *Quæ videntur minùs Euangelio, Chriſti, & Apoſtolorum moribus, ac inſtitutis conformes*, ac multò magis, ſi re ipſa difformes. 2. *Quę non conſentiunt, vel diſſentiunt legibus a Concilijs Generalibus, ac pręſertim antiquioribus, latis*; cum

enim

enim vnum in locum congregati fuerunt omnium fermè Chriſtiani orbis Eccleſiarum Paſtores, cognoſcere potuerunt facillimè, quinā Eccleſiaſticorum mores ſcandalum re ipſa legitimum afferrent, quæ diſciplina ab illis ſeruanda, vt pro viribus Chriſtiana Reſpublica fructum ſpiritualem, quem tantùm Chriſtus in Eccleſiaſtica Poteſtate inſtituēda intendit, verè conſequeretur. 3. *Quę Eccleſiaſticos à munere ſuo plenè obeundo iuxta ſibi preſcriptas leges retardant, aut retardare poſſe* valdè probabiliter videntur 4. *Quę ab Amore in Deum & a Caritate in proximum* vel leuiter eos retraherent; in illis enim duobus mandatis perfectè ſeruandis excellere debent Eccleſiaſtici, nominatimque Animarum Paſtores iuxta leges Diuinas ſibi peculiariter impoſitas. Legenda ſunt ad hęc inter cætera quæ habet *S.Bern.* in ſerm. *ad Cler. in Conc. Rhem.* cum ſeq. ſerm.

4. PONO Cum Ciuilis Poteſtas in Populorum inſtituta ſit Bonum, quod *in Publica Pace, ac Tranquillitate* ſitum eſt, illas potiſſimè amplectēdas opiniones 1. *Quæ* Principem, ſeu Ciuilem, Politicamq; Poteſtatem obtinentē verè *Populorum Paſtorem, ac Patrem* reddunt, & a *Tiranni* nomine illum longiſſimè remouent; Qua-

re cum plurima enumerentur tirannici imperij argumenta,explorandum, an opiniones, quæ afferuntur, ad illud Principum animos inclinent;vel pedetentim,ac ſubdolè illud ſuadeāt. 2 *Quę* limites certos ſęcularium magiſtratuum Poteſtati præſcribunt,ne ſcilicet ad *Spiritualia*, & ad *quæ tantummodo Eccleſiaſticis Præſulibus, ac Perſonis datā fuiſſe a Chriſto poteſtatē*, vel e ſacris litteris,vel e perpetua traditione,vnanimique Sanctorum Patrum conſenſu conſtat, ſemet extendat. Non minùs enimuerò improbandæ opiniones, quæ Eccleſiaſticæ Poteſtati ex Chriſti præſcripto in temporalia vllam iuriſdictionem tribuerent, quam quæ *ius in merè ſpiritualia* a Chriſto ſolùm in Eccleſiam inuecta Sęculari arrogarent Poteſtati. 3 *Quę timorem Principis populo, ſimulque Principi amorem in populum* ſuadent; & hinc præponendæ cæteris ſententiæ,quę *populum quidem teneri Vectigalia, Tributaq; ſoluere etiam coram Deo cēſent*, ſed vnà monent,teneri quoq;Principem ſubditis reſtituere, ſi nimia omnibus,aut non pro ſua facultate vnicuique onera imponat; neq; enim vnquam intelligitur illi a populo,cuius beneficio imperium primò adeptus eſt,fuiſſe conceſsum, vt *pro libito, & ad ſuis obſequendum prauis animi*

affe-

affectionibus, & ob *fictas verè cauſas* grauia exigere poſſet vectigalia, ac tributa. Quinam vnquam prudentes homines huiuſmodi dominatum, ac Principatum vlli darent, vt *cum ipſi liberet*, & ob *futiles, fictaſue cauſas, vel quæ probabiles tantum ipſi apparerent*, liberum omninò ius haberet in fortunas, famam, vitamque ſuam? A Chriſtianorum calamis, linguiſq; remoueātur opiniones, quæ Turcicam dominationem Chriſtianorū in Chriſtianos inducerēt. 4. *Quæ ad tranquillitatem, pacemque populorum tum inter ſe, tum cum alijs* quam maximè conferunt. Hinc minùs probādæ; *Tum quæ* facilem reddunt *aliorum occiſionem* etiam ſeruato moderamine inculpatæ tutelæ, *ſubreptionem rerum*, quę ſint ſub alterius poteſtate, dum videtur etiam quis neceſſitate cogi; minuūt *filiorum venerationem* erga Parentes, *debitum* ſuperioribus a *ſubditis obſequium*, *ſollicitudinem in ijs*, qui præſunt, eorum quibus imperant, temporalibus commodis proſpiciendi, &c. *Tum quæ* faciles belli inter Chriſtianos ſuſcipiendi cauſas afferunt; illa enim non ſolùm Religioni, ac Pietati, verùm etiam ſubditorum fortunis, corporibuſque incommoda afferuntur, vt difficillimum eſſe, ac ne vix quidem fieri poſſe præſtantiſſimi do-

ctrina viri putent, quod Chriſtiani Chriſtianos bello iuſtè aggrediantur, adduntque; *Cum Reſpublica, ſiue Princeps non habeat poteſtatem inferendi bellum, niſi ad tuendum ſe, reſq; ſuas protegendas, ſi a bello attenuetur potiùs, atque atteratur, quam augeatur, ideoque conſtet geri maiori malo, quam bono, & vtilitate, quamtumuis aliunde ſuppetant tituli, & rationes ad iuſtum bellum, hoc ipſo iniuſtum fore*: Quibus ſubdunt; *Cum vna Reſpublica ſit pars totius Orbis, & maximè Chriſtiana Prouincia ſit pars totius Chriſtianæ Reipublicæ, ſi bellum vtile ſit vni Prouinciæ, aut Reipublicæ cum damno Orbis, aut Chriſtianitatis, bellum eſſe iniuſtum; adeoque ceſſandum eſſe a bello, quod inter duos Chriſtianos Principes gereretur cum maiori malo, & iactura Chriſtianitatis, vt ſi Turcæ occuparent interim Chriſtianorum Prouincias* &c. Legatur doctiſſimus *Franc. Victoria* Relect. 3. *in* 3. *Corol.* concl. 1. qui Hiſpanus, & in Hiſpania ſcribens ad id exemplum affert de Hiſpaniarum bello aduerſus Gallos.

5. PONO, cum aliqua cognoſcantur eſſe Crimina, tum *natura Duce*, tum *Euangelij Luce*, illas opiniones ſeligendas, quæ duplex Iudicium ea ſubire poſſe putant; nam prout ſacris manifeſtatur litteris ſupplicio luenda æterno, pœnam

eis infligere ad Eccleſiaſticum Iudicē ſpectat, cuius etiam eſt ſubſidijs a Chriſto indicatis, & inſtitutis prouidere, ne in eadem crimina homines iterum labantur; prout verò inſitum nobis lumen ea vitanda eſſe docet, Sæcularis erit Iudicis jſdem condignas dare pœnās, quæ remoueant etiam cæteros, maximè ſi ſint ex atrocioribus, ac publicæ tranquillitati, cui conſulere ipſi tenentur, vehementer aduerſentur, ne illis ſemet obſtringant. Et criminibus quidem, quorum fœditatem vnica Euangelij lux hominibus manifeſtat, mulctam irrogare priuatiuè pertinet primò ad Eccleſiaſticam Iudicem, quę tamen ſit e ſpiritualibus; nam huiuſmodi infligere eſt Eccleſiaſticæ Poteſtatis peculiare; Si autem hæc præterea Ciuium turbent quietem, illis ſtandum opinionibus, quę non ſolum cenſent a Sæculari Magiſtratu poſſe tunc de illis ſupplicium ſumi; verum & putant poſſe huic ab Eccleſiaſtico Iudice pręcipi, vt temporale ſupplicium, quod ſtatuere per ſe eſt Sæcularis, illis conſtituat. Nec minùs verum eſt, quod Eccleſiaſticus Iudex poſſit quandoq; ſpirituales pęnas decernere illis criminibus, quæ naturale lumē talia eſſe docet, quam quod Sęcularibus; ac Supremis Principibus, vtpote Eccleſiæ Pa-

 tronis,

tronis,liceat interdum temporalibus pœnis afficere illos,qui crimina patrant vnica Euangelij luce cognita,ſi verè cognoſcerent,id eſſe ipſimet Eccleſiæ ſalutare , nec ſatis illius bono conſuli ab Eccleſiaſtico Iudice experientia pateret. Nemo quidem ſanæ, ac ſinceræ mentis dubitare poteſt, quin cæteris *anteferendæ* opiniones,quæ ad crimina quædam a Chriſtianorum membus quam longiſſimè propellenda *Eccleſiaſticam*,ac *Sacularem Poteſtatem per media vnicuique congrua conſpirare poſſe, imò & debere* arbitrantur;ſi enim hoc fieret,non tot vitijs deformata conſpiceretur Chriſtianæ Reipublicę facies, propter quæ Euangelicæ legi, licet immeritò, ab illius hoſtibus vehementiſſimè detrahitur.

6. PONO, cum non ſolummodo variæ Pietatis ſpecies , verùm & varia Pietatis opera, , cauſęque plures in Iure tum Ciuili,tum Canonico in Piarum numero recenſeantur,non in illas tantùm eumdum ſententias, quæ Eccleſijs, Eccleſiaſticiſq; Perſonis, ac Bonis mirificè fauent;verùm & in illas,quę Pupillorum, Viduarum, Nobilium, & quæ olim diuites fuerunt familiarum ac modò in egeſtate ſunt,illorum qui ſe, ſuamq; familiam ſuarum laboribus manuũ

ſuſten-

ſuſtentare nequeunt, Xenodochiorum, Communitatum,ſimiliumque perſonarum,ac locorum commodis indulgen';imò & *tanquam probabiliores* interdum poſſe cenſeri,quę in horum beneficium propenderēt; Nam ſi Eccleſiarum, Eccleſiaſticorumque bona in dies augerentur, Sæcularium verò minuerentur,quæ multiplici etiam tributorum generi obnoxia forent; Eccleſiaſticorum etiam numerus amplificaretur quotidie,ſæcularium verò Chriſtianorum propter bella, aliaſq; ob cauſas extenuaretur, populique interea pluribus, grauibuſq; in re familiari, imo & in corpore ipſo afficerentur incommodis, a quibus maxima ſaltem ex parte ſemet Eccleſiaſtici eximerent: Par eſſet, vt populorum quoque Bono proſpiceretur, iſtudq; Eccleſiaſticorum Bono præferretur; maximè ſi pateret,Ciuilis Reipublicæ commodis non cōſulere Eccleſiaſticos, vt tenentur, cū redditus plures,& copioſi a ſęcularibus illis fuerint traditi, vt vbi ex illis congrua ſibi ſuppeditarint alimenta,in Caritatis,ac Miſericordiæ operib. illos impendant,quæ certè vniuerſis,& in vniuerſos, qui aliqua premerentur miſeria, Chriſtus commēdauit,imò & imperauit,& pro quibus argentum,aurumq; Eccleſijs donatum di-

eò quod ſe peccati reos facerent, Theologoſq; etiam ſic ſentientes afferrent; *ſtudioſique cuſtodiendæ diſciplinæ vellent*, ab imperitis tamen, *haberi, ſi circa quędam minoris, aut leuis pōderis ſeruanda ſe auſteros oſtenderent, rigidaſque proſequerentur ſententias*, cum cæteroqui eſſent deſides, ac effęminati in curando, vt quę maximi eſſent momenti pręſtarentur, non Euangelio, non antiquis inſtitutis conformium opinionum ſectatores, quæ veluti prætereuntes munus ſuum grauiſſimum implere ipſos poſſe ſuaderent &c. Veriſſimum quidem illud eſt quod *Caſſiod. lib. 1. Var. epiſt.* dixit, *Procliuior ad miſericordiam*, quę eſt erga alios, *Via Bonis mentibus ſemper patet*. Quare ſignum *Malarum Mentium* erit, eſſe ad *Crudelitatem* procliuiores, tùm in factis, tum in dictis, ac ſcriptis.

3. PONO licet reijciendæ ſint omninò ſententiæ, quæ in Eccleſia, Eccleſiaſticiſque Præſulibus non admittunt poteſtatem ferendi leges, pœnas decernendi &c. illis tamen adhærēdum potiùs, quæ hanc poteſtatem certis circumſcribunt cancellis, quam qui nullis fermè eam definiunt, ac illa diſtinctione adhibita *Per ſe*, ac *Per Accidens*, *Primariò*, & *Secundariò*, in Eccleſiaſticis ſolummodo omnem ſupremam etiā tem-

temporalem poteſtatem,ſi eorũ mens, ac principia ritè perpendantur, tandem reponunt. Cũ equidem *Eccleſiaſticæ Poteſtatis à Chriſto inſtitutæ finis* iuxta omnes Theologos, & Canoniſtas ſit *Animarum ad æternam ſalutem. Directio*, quam per fidem, & Sacramenta potiſſimè haberi ipſemet Chriſtus in Euangelio non ſemel declarauit; *Opiniones illæ cæteris præferendæ*, quę Eccleſiaſticos cõpellũt ad cumulatè huic obligationi ſatisfaciendum; adeoque tanquam minùs rationabiles eſſent repellendæ, quæ in Eccleſiaſticis fouerent temporalium honorum abundantiam, copiam, appetentiam, vel ſuperbiam, inſanàmque honorum, & in alios dominandi cupiditatem, miram politicarum, & ad Ciuile regimen ſpectantium artium peritiam omiſſo ſacrarum litterarum, Apoſtolicarum Conſtitutionum, & Sacrorum Canonum, maximè antiquiorum, proprium eorũ munus exactè, ac vnicè indicantium ſtudio, &c. Cũ enim Chriſti, & Apoſtolorum, aliorumque Primorum Eccleſiæ Patrum ſe locum tenere dicant, eorum quoque imitatores eſſe debent, qui cum verbis, tum factis docuerunt, temporalium cõmodorum vbertatem, ſtudiumque nimis ſollicitum Eccleſiaſticis eſſe vehementer deuitandum,

dum, ac in illis potiſſimè opus eſſe, vt præfulgeant virtutes Chriſtianam, ne dum Moralem vitam agenti homini congruæ. Vtinam nullæ vnquam ab adulatoribus Theologis excogitētur opiniones priorum ſæculorum praxi, Sanctorumq; dictis haud congruæ; efficerent enim, vt in pluribus, quę *incidenter*, ac veluti *per tranſennam*, ac etiam *per alios* tractanda erant, vel etiam quandoque penitus omittenda, vniuerſam fermè operā collocarent Eccleſiaſtici, eaque agerent, & vſurparēt, quæ ab eorum inſtituto planè forent aliena, ac de nulla re minus cogitarēt, quam de animabus, quarum a Chriſto cura ipſis demandata eſt, ad cæleſtis gloriæ adeptionem rite dirigendis. Regula Generalis pro opinionibus ad Eccleſiaſticos ſpectantib. hæc poſſet ſatis congrua exiſtimari; *Quæ circa ſpiritualia in ædificationem Eccleſiaſticæ Poteſtati maximè fauent, vltrò amplectendæ; Quæ in deſtructionem, ſcandalum, &c. haud amplectendæ.* Illæ autem non ſunt in ædificationem, ſed deſtructionem, 1. *Quæ videntur minus Euangelio, Chriſti, & Apoſtolorum moribus, ac inſtitutis conformes*, ac multò magis, ſi re ipſa difformes. 2. *Quę non conſentiunt, vel diſſentiunt legibus a Concilijs Generalibus, ac præſertim antiquioribus, latis*; cum

enim

enim vnum in locum congregati fuerunt omnium fermè Chriſtiani orbis Eccleſiarum Paſtores, cognoſcere potuerunt facillimè, quinā Eccleſiaſticorum mores ſcandalum re ipſa legitimum afferrent, quæ diſciplina ab illis ſeruanda, vt pro viribus Chriſtiana Reſpublica fructum ſpiritualem, quem tantùm Chriſtus in Eccleſiaſtica Poteſtate inſtituēda intendit, verè conſequeretur. 3. *Quę Eccleſiaſticos à munere ſuo plenè obeundo iuxta ſibi prę ſcriptas leges retardant, aut retardare poſſe* valdè probabiliter videntur 4. *Quę ab Amore in Deum & a Caritate in proximum* vel leuiter eos retraherent; in illis enim duobus mandatis perfectè ſeruandis excellere debent Eccleſiaſtici, nominatimque Animarum Paſtores iuxta leges Diuinas ſibi peculiariter impoſitas. Legenda ſunt ad hęc inter cætera quæ habet *S. Bern.* in ſerm. *ad Cler. in Conc. Rhem.* cum ſeq. ſerm.

4. PONO Cum Ciuilis Poteſtas in Populorum inſtituta ſit Bonum, quod *in Publica Pace, ac Tranquillitate* ſitum eſt, illas potiſſimè amplectēdas opiniones 1. *Quæ* Principem, ſeu Ciuilem, Politicamq; Poteſtatem obtinentē verè *Populorum Paſtorem, ac Patrem* reddunt, & a *Tiranni* nomine illum longiſſimè remouent; Qua-

re cum plurima enumerentur tirannici imperij argumenta, explorandum, an opiniones, quæ afferuntur, ad illud Principum animos inclinent; vel pedetentim, ac ſubdolè illud ſuadeãt. 2. *Quę* limites certos ſecularium magiſtratuum Poteſtati præſcribunt, ne ſcilicet ad *Spiritualia*, & ad *quæ tantummodo Eccleſiaſticis Præſulibus, ac Perſonis datã fuiſſe a Chriſto poteſtatẽ*, vel e ſacris litteris, vel e perpetua traditione, vnanimique Sanctorum Patrum conſenſu conſtat, ſemet extendat. Non minùs enimuerò improbandæ opiniones, quæ Eccleſiaſticæ Poteſtati ex Chriſti præſcripto in temporalia vllam iuriſdictionem tribuerent, quam quæ *ius in merè ſpiritualia* a Chriſto ſolùm in Eccleſiam inuecta Seculari arrogarent Poteſtati. 3. *Quę timorem Principis populo, ſimulque Principi amorem in populum* ſuadent; & hinc præponendæ cæteris ſententiæ, quę *populum quidem teneri Vectigalia, Tributaq; ſoluere etiam coram Deo cẽſent*, ſed vnà monent, teneri quoq; Principem ſubditis reſtituere, ſi nimia omnibus, aut non pro ſua facultare vnicuique onera imponat; neq; enim vnquam intelligitur illi a populo, cuius beneficio imperium primò adeptus eſt, fuiſſe conceſſum, vt *pro libito, & ad ſuis obſequendum prauis animi*

affe-

affectionibus, & ob *fictas verè cauſas* grauia exigere poſſet vectigalia, ac tributa. Quinam vnquam prudentes homines huiuſmodi dominatum, ac Principatum vlli darent, vt *cum ipſi liberet*, & ob *futiles, fictaſue cauſas, vel quæ probabiles tantum ipſi apparerent*, liberum omninò ius haberet in fortunas, famam, vitamque ſuam? A Chriſtianorum calamis, linguiſq; remoueãtur opiniones; quæ Turcicam dominationem Chriſtianorũ in Chriſtianos inducerẽt. 4. *Quæ ad tranquillitatem, pacemque populorum tum inter ſe, tum cum alijs* quam maximè conferunt. Hinc minùs probãdæ; *Tum quæ* facilem reddunt *aliorum occiſionem* etiam ſeruato moderamine inculpatæ tutelæ, *ſubreptionem rerum*, quę ſint ſub alterius poteſtate, dum videtur etiam quis neceſſitate cogi; minuũt *filiorum venerationem* erga Parentes, *debitum* ſuperioribus à *ſubditis obſequium*, *ſollicitudinem in ijs*, qui præſunt, eorum quibus, imperant, temporalibus commodis proſpiciendi, &c. *Tum quæ* faciles belli inter Chriſtianos ſuſcipiendi cauſas afferunt; illa enim non ſolùm Religioni, ac Pietati, verùm etiam ſubditorum fortunis, corporibuſque incommoda afferuntur, vt difficillimum eſſe, ac ne vix quidem fieri poſſe præſtantiſſimi do-

ꝺrina viri putent, quod Chriſtiani Chriſtianos bello iuſtè aggrediantur, adduntque; *Cum Reſpublica, ſiue Princeps non habeat poteſtatem inferendi bellum, niſi ad tuendum ſe, reſq; ſuas protegendas, ſi a bello attenuetur potiùs, atque atteratur, quam augeatur, ideoque conſtet geri maiori malo, quam bono, & vtilitate, quamtumuis aliunde ſuppetant tituli, & rationes ad iuſtum bellum, hoc ipſo iniuſtum fore*: Quibus ſubdunt; *Cum vna Reſpublica ſit pars totius Orbis, & maximè Chriſtiana Prouincia ſic pars totius Chriſtianæ Reipublicæ, ſi bellum vtile ſit vni Prouinciæ, aut Reipublicæ cum damno Orbis, aut Chriſtianitatis, bellum eſſe iniuſtum; adeoque ceſſandum eſſe a bello, quod inter duos Chriſtianos Principes gereretur cum maiori malo, & iactura Chriſtianitatis, vt ſi Turca occuparent interim Chriſtianorum Prouincias* &c. Legatur doctiſſimus *Franc. Victoria* Relect. 3. *in* 3. *Corol.* concl. 1. qui Hiſpanus, & in Hiſpania ſcribens ad id exemplum affert de Hiſpaniarum bello aduerſus Gallos.

5. PONO, cum aliqua cognoſcantur eſſe Crimina, tum *natura Duce*, tum *Euangelij Luce*, illas opiniones ſeligendas, quæ duplex Iudicium ea ſubire poſſe putant; nam prout ſacris manifeſtatur litteris ſupplicio luenda æterno, pœnam

eis

eis infligere ad Eccleſiaſticum Iudicē ſpectat, cuius etiam eſt ſubſidijs à Chriſto indicatis, & inſtitutis prouidere, ne in eadem crimina homines iterum labantur; prout verò inſitum nobis lumen ea vitanda eſſe docet, Sæcularis erit Iudicis jſdem condignas dare pœnās, quæ remoueant etiam cæteros, maximè ſi ſint ex atrocioribus, ac publicæ tranquillitati, cui conſulere ipſi tenentur, vehementer aduerſentur, ne illis ſemet obſtringant. Et criminibus quidem, quorum fœditatem vnica Euangelij lux hominibus manifeſtat, mulctam irrogare priuatiuè pertinet primò ad Eccleſiaſticam Iudicem, quę tamen ſit e ſpiritualibus; nam huiuſmodi infligere eſt Eccleſiaſticæ Poteſtatis peculiare; Si autem hæc præterea Ciuium turbent quietem, illis ſtandum opinionibus, quę non ſolum cenſent a Sæculari Magiſtratu poſſe tunc de illis ſupplicium ſumi; verum & putant poſſe huic ab Eccleſiaſtico Iudice pręcipi, vt temporale ſupplicium, quod ſtatuere per ſe eſt Sæcularis, illis conſtituat. Nec minùs verum eſt, quod Eccleſiaſticus Iudex poſſit quandoq; ſpirituales pęnas decernere illis criminibus, quæ naturale lumē talia eſſe docet, quam quod Sęcularibus; ac Supremis Principibus, vtpote Eccleſiæ Pa-

tronis, liceat interdum temporalibus pœnis afficere illos, qui crimina patrant vnica Euangelij luce cognita, ſi verè cognoſcerent, id eſſe ipſimet Eccleſiæ ſalutare, nec ſatis illius bono conſuli ab Eccleſiaſtico Iudice experientia pateret. Nemo quidem ſanæ, ac ſinceræ mentis dubitare poteſt, quin cæteris *anteferendæ* opiniones, quæ ad crimina quædam a Chriſtianorum mentibus quam longiſſimè propellenda *Eccleſiaſticam*, ac *Secularem Poteſtatem per media vnicuique congrua conſpirare poſſe, imò & debere* arbitrantur; ſi enim hoc fieret, non tot vitijs deformata conſpiceretur Chriſtianæ Reipublicę facies, propter quæ Euangelicæ legi, licet immeritò, ab illius hoſtibus vehementiſſimè detrahitur.

6. PONO, cum non ſolummodo variæ Pietatis ſpecies, verùm & varia Pietatis opera, cauſęque plures in Iure tum Ciuili, tum Canonico in Piarum numero recenſeantur, non in illas tantùm eumdum ſententias, quæ Eccleſijs, Eccleſiaſticiſq; Perſonis, ac Bonis mirificè fauent; verùm & in illas, quę Pupillorum, Viduarum, Nobilium, & quæ olim diuites fuerunt familiarum ac modò in egeſtate ſunt, illorum qui ſe, ſuamq; familiam ſuarum laboribus manuũ

ſuſten-

ſuſtentare nequeunt, Xenodochiorum, Communitatum, ſimiliumque perſonarum, ac locorum commodis indulgen'; imò & *tanquam probabiliores* interdum poſſe cenſeri, quę in horum beneficium propenderēt; Nam ſi Eccleſiarum, Eccleſiaſticorumque bona in dies augerentur, Sæcularium verò minuerentur, quæ multiplici etiam tributorum generi obnoxia forent; Eccleſiaſticorum etiam numerus amplificaretur quotidie, ſæcularium verò Chriſtianorum propter bella, aliaſq; ob cauſas extenuaretur, populique interea pluribus, grauibuſq; in re familiari, imo & in corpore ipſo afficerentur incommodis, a quibus maxima ſaltem ex parte ſemet Eccleſiaſtici eximerent: Par eſſet, vt populorum quoque Bono proſpiceretur, iſtudq; Eccleſiaſticorum Bono præferretur; maximè ſi pateret, Ciuilis Reipublicæ commodis non cōſulere Eccleſiaſticos, vt tenentur, cū redditus plures, & copioſi a ſęcularibus illis fuerint traditi, vt vbi ex illis congrua ſibi ſuppeditarint alimenta, in Caritatis, ac Miſericordiæ operib. illos impendant, quæ certè vniuerſis, & in vniuerſos, qui aliqua premerentur miſeria, Chriſtus commēdauit, imò & imperauit, & pro quibus argentum, aurumq; Eccleſijs donatum di-

 ſtrahi

ſtrahi poſſe,imo & interdum debere,verbis,ac re ipſa Sancti Patres docuerunt. *Deo* quidem gratius eſſe poteſt, quod eleemoſinā quis elargiatur pauperi familiæ, Virgini ſexus ſui corporis quæſtum facturæ &c. Facultatum hæres instituatur Communitas ſæcularis ad ſubleuādos pauperes in ea degentes &c. quam erogetur pecunia ad ornandas amplius Eccleſias, hęreditas deferatur ad Eccleſiaſticos nonnullos,qui illam dilapidēt, ſiue in rebus ſtatui ſuo non congruis,vel diſſonis inſumant. Quare accurata,prudentique opus eſt diſcuſſione ad decernendum hic & nunc,quænam opinio, cum de Pijs Cauſis agitur,alteri poſthabenda.Nunquā vera ſint dicta a S.Hier.ep. 12.li.2.ad Nep. *Multi ædificant parietes,& columnas Eccleſiæ ſubſtruunt,auro ſplendent laquearia,gemmis altare diſtinguitur ; & miniſtrorum Chriſti nulla electio eſt*; Vel illa potiùs S. Bern. in Apol ad Guliel. Abbat. *Fulget Eccleſia in parietibus, & in pauperib. eget; ſuos lapides induit auro, & ſuos filios nudos deſerit &c.* Quis quæſo vel leuiter prudens, ac pius non exiſtimauerit, *in alendis illis, qui erroribus abiectis Catholicam amplectuntur fidem dimiſſis quandoque ampliſſimis patrimonÿs, in redimendis,qui apud Turcas,vel Infideles captiui ſunt,*

Chri-

Chriſtianis, in ſuſtinendo bello, quod contra noſtræ fidei hoſtes geritur, & præcipuè ſi geratur, ne aliqua Ciuitas, vel Prouincia illorum ſubijciatur imperio, opportunius eſſe pecuniam erogare, quam in nouis ædificandis Ædibus ſacris, & quibuſdam Monaſterijs, ijſue magis perpoliendis, atq; ditandis? Cum verò ad illa quoque opera teneri interdum queant Laici; An non multò magis Eccleſiaſtici, ad *quos præcipua Religionis cura ſpectat*, & quorũ partes ſunt ſedulam nauare operam, ne *quid detrimenti Chriſtiana Religio, à Pietas patiatur*, & ad quem finem, & non ſolum vt ſplendidè pro ſua conditione viuant, lautiſſimi conceſſi illis fuerunt redditus? *Mirandumque* eſſet, quod velis, remiſq; contenderent, ne laici in quibuſdam ad Religionem ſpectantibus, quę eorum honorem, vel commoda reſpiciunt, ſe vllo modo immiſcerent; in alijs verò, quæ ad eamdem ſpectarent, ſed temporalia incommoda afferrent, vellent vt laici ſolum ferme onus ſubirent. Si verò accuſandi eſſent Eccleſiaſtici, qui illis omiſſis locupletarent etiam Eccleſias ſacris quoque veſtibus, ac vaſis; Quid ſi non ſolùm vberrimi Chriſti patrimonij, cuius ipſi ſunt adminiſtratores, vel certè non abſoluti domini, partem impendere nollent in illis,

quæ ad *fidei Propagationem,imò Tutelam* attinēt; verùm illā inſumerētur *in* ſuperbis,ac Regum Principumue inſtar,ſtruendis,ornandiſque palatijs,ac villis,*in* emendis oppidis &c. *in* ſuſtētandis opiparè adulatoribus,hiſtrionibus,&c. *in* augendis diuitiarū copia hominibus de Religione minùs benemeritis &c. ne obolo quidem ſæpè tributo viris Chriſtiana prudentia, ac ſapientia præditis, imò quandoque aliò dimiſſis, ſi ſalutaria præberent conſilia, *interdum quoque punitis, ſi zelo Domus Dei commoti publica etiam, & quæ in omnium oculos incurrunt crimina reprehenderent;* vel *etiam matri ſuæ Eccleſiæ commiſerātes ea ſolummodo narrarent.* Erunt ne vlli, qui à reſtitutionis onere huiuſmodi Eccleſiaſticos,ſi qui forent,eximentes opiniones,vel a grauiſſimo crimine illos excuſantes præferant ijs, quæ ſceleſti, ac nefarij ſceleris notam illis inurunt? Faxit Deus, vt nullibi ſint, qui etiam Pietatis ſpeciem hiſce geſtis fingant, a qua libenter,& vltro ſe decipi ſinant nonnulli,& maximè qui *Athei re ipſa* Euangelio ſe credere ſimulent, imò quandoque nauent operam, vt nonnulla,quę nobis nota ſunt tantummodo ex Euangelij luce, ſeruētur *exactè ſuis tamen inſeruientia commodis,* nonnihil,vel nihil ſolliciti de

illis,

illis, in quibus præcipuè repoſita eſt ſalus animarum, quarum curam e Chriſti præſcripto ipſi ſuſtinere debent. Et cum in exponendis quidem huiuſmodi pijs operibus variæ poſſint eſſe fallaciæ, illæ quidem ſemper præferendæ opiniones, quæ *opera quidem nonnulla ita commendant, tanquam Pia, vt tamen ſolùm eſſe probabile, vel probabilius ſimul doceant eos,* qui in his ſemet exercent, *tale conſequi poſſe a Deo beneficium &c.* non verò aſſerant, *id eſſe certum, vel de fide, aut abſolutè tanquam verum id proferant, &c.* Dũ enim vaferrimè veritatem occultantes, vel vltra meritum quorumdam operum Piorum laudes amplificantes, multoque magis falſitates, ac mendacia proferentes populos deciperent, præter calliditatis, infidelitatis, & fraudis crimen, *difficillimè excuſabuntur a reſtitutione pecuniarum, & aliorum,* quæ tribuerentur ad illa; nã facilè fieri poſſet, vt plerique illa non tribuerent, ſi non exiſtimarent id eſſe certum &c. dareturque occaſio nonnullis, quibus aliàs hæc tributa fuiſſent, vel relicta, ea, ſi fieri poteſt cõmodè, ſubtrahendi, expreſſę etiam teſtatorum menti derogandi &c. Imitandus enimuerò *S. Ignatius* nobiliſſimę *Soc. Ieſu* Fundator, qui *nunquam commiſit* (quod vitandum eſt maximè, in-

q..it

quit *Maſſ. in illius Vita lib. 3. c. 9.) vt ſpecie pietatis queſtum facere videretur.* Hic enimuero ſi abeſſet, nullumque temporale commodum accederet illis, qui multorum *Operum*, quę dicuntur *Pia*, Auctores, aut Promotores ſunt, non pauca ex his deſererentur; nec deeſſent, qui aliqua etiam, tanquam minus pia ſaltem, damnarent; nec vigeret inter aliquos æmulatio in ijſdem, vel ſimilibus proponendis operibus pijs, ceſsaretque in multis ſtudium illa in die excogitandi, quod opportunius impéderetur in illis, quæ Chriſtus in Euangelio commendauit, aut ſimilibus plane, vehementiùs fouendis &c. Idem *Sãctiſſimus Vir* monuit ſuos (quod vtinam ſemper ſeruetur a ſuis) vt *omnem auaritiæ ſpeciem euitarent p. 6. Conſtit. c. 2.* §. 8. idq; *conferre plurimum ad conſeruationem, & augmentum Societatis* apertè dixit *p.* 10. §. 5. Semper hæc equidem ablegetur ab illis nominatim, a quibus *aliena ſunt* (vt ſcribit *S. Hierony. ad Euſtoch. lib. 2. ep. 17.) auri argentique pondera*, & quorum *poſſeſſio ſpiritualis eſt*, & qui exiſtimare debent iuxta id *S. Salu. lib. 2. ad Eccl. Cath.* habet, diuitias *eſſe impedimenta, non adiumenta, onera, non ſubſidia, ac poſſeſſione, vſuq; opum non ſuffulciri religionem, ſed euerti*, ſi ſaltem moderatæ nõ ſint; nam hinc

Eccle-

Eccleſiæ facies minoribus deformata nęuis cōſpicietur, illique detrahendi, ac illudendi illius hoſtibus ſubtrahetur, mendaceſque plane deprehendetur eſſe illorum voces, qui aiunt, Omnia ferme pluribus ſaltem Eccleſiæ Antiſtitibus eſſe *venalia*; nihil illis eſſe antiquius, quam *corrogare pecuniam, & ampliſſimos redditus*, quibuidā ēt opinionibus non plane Catholicis fidelium mentibus ex induſtria inſitis, cum cæteroqui parum ſtudioſos de Chriſti ouibus verbo, oratione, ac exēplo paſcendis ſemet exhibeant temporalium rerum curis præpediti &c. Haud certè ſe talem exhibere voluit *Pius V.* inter cęteros, qui cum *Beneficiorū Reſignationes in fauorem* tollere vellet, & acurriſſent Curię Romanæ Pragmatici (*Anna. Robert. Aur. Rer. Indic. lib.* 1. *c.* 7. *illos tineas, ac ſorices Palatij Apoſtolici* appellat) & dicerent, *Hoc eſt deſtruere Curiam*, reſpondiſse fertur, *Satius eſt deſtruere Curiam, & aſtruere Eccleſiam*. Dictū illud a *Iul. Capit.* in vita *Imperatoris Pertinacis* refertur, *Sātius eſt inopem Rempublicam obtinere, quam ad diuitiarum cumulum per criminum, ac dedecorum veſtigia peruenire. Nullos fallat vitium* auaritiæ *ſpecie virtutis*, vt habet *Iuuen. ſat.* 14. ſiue piorum operum; nec vlli, qui præ cæteris debent eſſe *ſimplices ſi-*

cut

cut columbæ, alios huiuſmodi ſpecie fallant &c.

7. PONO Præferendas opiniones, quæ *Iuribus naturalibus* fauent; inter hæc autem enumeratur potiſſimè, quod cuique prorſus tributum eſt a natura, *vt ſe, vitam, corpus, famamq;* tueatur, declinetque ea, quæ his nocitura videantur, omniaque quæcumque ad viuendum & honeſtè inter alios, ſuæque conditionis homines ſint neceſſaria, acquirat, & paret. Cum autem ſæpe aliquid tali poſita circũſtantia non poſsit eſſe Ius Naturale, quod illa dempta erit, & e contra; ſollicitè videndum, quænam rationes adeſſe, vel non adeſſe ius naturale validiùs probent; ſicuti & quodnam potiori iure alteri præferendum, cum ex duobus naturalibus Iuribus alterum ad eamdem rem impellit, aliud ab eadem retrahit; & an primæ partes hic & nunc ſint concedendæ Secundario Iuri Naturali, licet Primarium poſſe vrgere videatur &c.

8. PONO, cum homo natura ſua ſit *Liber*, nec cuiuſuis alterius ſeruus, cunctorumq; animis inſitum ſit, quoad fieri poſsit, nullis ſemet obligationis vinculis obſtingere, nam hæc ſeruitutis ſpecies eſt; illis potiùs aſſentiẽdum ſententijs, quæ ſtant pro *humana libertate*, aiuntq; putandum, *homines noluiſſe, vel ſimpliciter, vel in*

hoc

hoc caſu obligationis onus ſubire, dum *id probabile eſt*, vel *meritò de hoc dubitatur*; iſtamq; exiſtimationem in *Foro Interiori* maiorem habere vim, in quo ipſemet homo prudens, Deumq; timens ſui ipſius Iudex eſſe poteſt. Sunt nõ paucę Opiniones a nonnullis in mediũ prolatę qui enimuerò animarum, nedum corporum tiranni; habent equidem ſibi propoſitam vtilitatem aliquam propriam, ſi eorũ mores, ac inſtituta noueris, non animarum ſalutem. Quod olim licebat Dominis in ſeruorum corpora (quod tamẽ propter Dominorum immanitatem lege poſtea prohibitum fuit.) licere ſibi putant aliqui in *Animas*, quæ cum a ſua voluntate nulla vi coactæ ſemet regendas nonnullis tradiderint, *non liberam tamen poteſtatem nullis ferme finibus contentam* (quam hi ſe habere arbitrantur,) *illis feciſſe*, exiſtimandum prorſus eſt; Quinimo cenſendum, eas poſſe meritò ſemet huiuſmodi vinculis cenſere non amplius obſtrictas, cum *illi non ſtarent promiſſis, nec Mores in animabus regendis eos exhiberẽt, quos ipſis praſcriptę leges deposcunt*; quibus *ſi eos haud obtemperaturos nouiſſent, procul dubio ipſis in ſe dominatũ non dediſſent*, ſecus enim imprudenter, ac temerè feciſſent, ſicuti & eadem nota illorum geſtis inuri poſſet,

ſi *ve-*

ſi *vehementer immutetur rerum ſtatus, aliaq; magni ponderis accedant adiuncta*, quæ ſi habuiſſēt nota, haud ſe n ſe in huiuſmodi compedes coniecisſent. Plus ſibi quidam vidētur arrogare, quam Deus, qui nō plus ab homine exigit, quā ipſe ſpopōdit, ac ſpondet omnino liberè. Plurimorum quidem animæ ad inferos detruderentur, ſi in ſententijs, quas quidam ad alijs gratificandum vero ſimiles reddere conati ſunt, acquieſcendum foret.

9. PONO, cum nihil verè poſſit eſſe *Pium*, quod ſimul *Verum* non ſit, vel non quam proximè ad Veritatem accedat; illas præponendas opiniones, Quæ *veritati cōformes, vel conformiores ſunt*, non quę *videntur Pię*, vel *magis Piæ*; ſub pietatis .n. ſpecie non paucæ opiniones excogitatæ a nonnullis, ſpectantes etiam ad Chriſtum, Beatamq; Virginem, tanquam hæreticæ, vel erroneæ damnatæ ſunt. Honor regis ipſius Chriſti, ac Reginæ Matris Iudicium diligit. Et cum Satan ſæpè transfiguret ſe in Angelū lucis, opiniones quædā, quo magis piæ a nonnullis appellantur, eo ſolertiùs a Prudentibus, Sapientibuſquè viris examinandæ ſunt. Muliercularum quidem eſt, ac idiotarum ob vanam quamdam pietatem nonnullis adhærere

ſen-

ſenſibus. Memoria ſæpe recolendum eſt, hæreſes multas in Eccleſiã irrepſiſſe, quæ poſtea damnatę, ſub pietatis ſpecie; & inter cæteras 1. *ſub pietatis ſpecie in B. Virginem Collyridianorũ*, qui B. Virginem pro Deo colentes eidem mulierum miniſterio ſacrificabant; de quib. *S. Epiph hæreſ. 28. & 79*, qui ait, *non conuenit colere Sanctos vltra decorum, ſed honorare ipſum* Dominum. Ceſſet itaq; error ſeductorum &c. 2. *ſub pietatis ſpecie in Filium* Dei eorum, qui ipsũ honorare amplius exiſtimantes eundem eſſe Patrem dixerunt, & eumdem filium, & eumdẽ ſpiritum Sanctum; de quibus idem *Epiph. eadem hæreſ. 79*. 3. *ſub pietatis ſpecie in Crucifixum Petri Fullonis*, qui *Triſagio* addidit, *Qui Crucifixus es pro nobis*; contra quem *Felix Tertius*. 4. *ſub Continentiæ ſpecie Pſeudepoſtolici* nuptias ſugillarũt quos ſecuti ſunt *Adamitæ, Manichæi*, &c. 5. *ſub ſpecie Miſericordiæ Caiani* aſſerebant, peccatores inuiſos eſſe quidem Deo, ſed nullam noxã pro malefactis recipere ex *Theodoreto*. Hos imitati ſunt ex parte *Origeniſtæ* docentes, Demones tandem ſaluandos ex S. Aug. Ser. 43. 6. *ſub ſpecie Seueritatis Eccleſiaſticæ Diſciplinæ* lapſis veniam negabant *Nouatiani*, & fores Eccleſiæ intercludebant *ex Theodoreto*. 7. *ſub ſpecie*

cie

cie Virtutis Taciturnitatis adeò ſtudebant ſilentio *Paſtarolëchitæ* apud *Philaſt. hęreſ.29.* & *Aug. hom.63.* vt nulli rei, niſi ſilentio retinendo vacarent. 8. *ſua ſpecie Temperantiæ* Catholicos animales *Tertullianiſtæ* vocabant, quod ſuperinducta a Montaniſtis triũ quadrageſimarũ ieiunia ſeruare nollent. 9. *ſub ſpecie Pœnitentiæ* nudis pedibus incedebant *Helceiſtæ ex Philaſtrio hęreſ.82.* 10. *ſub ſpecie Caſtitatis* ſe ipſos *Valleſij* (aliàs dicti *Eunuchi*) caſtrabant, & impiè peregrinos quoque in vinculis alligatos abſcindebant. Non ſolùm autem *Caſſ. lib.1. de Incarn. c.2.* ait, *quicquid de Chriſto non ita dicitur, vt eſt; etiamſi* honor videatur, *iniuriam eſſe*; verùm & *S. Aug. ep.8.* inquit, non minori, aut fortaſſe etiã maiori ſcelere in Deo laudari falſitatem, quam vituperari veritatem; cuius rationem reddit S. Tho. *in 1. Corinth. 15. lect. 2.* quia ſi attribuatur Deo aliquid, quod non habet, vel non facit, videtur quod intellectus noſter ſit maior Deo, & intelligat aliquod maius eo, quod illi falsè attribuit &c. Legatur ad id etiam inter cæteros e Thomiſtis doctiſsimus *Bagnez 22. q.1. a.10. dub. 2.* & eruditus *Chriſtophorus de Caſtro Hiſt. Deip. c.84.* ac eruditiſsimus *P. Teoph. Raynaud.* in lib. de *Comm. pro Mort. n.56.* qui docet pluribus, pie-

tatis

tatis laruam prætuliſſe ſuis opinionibus Valẽtinianos, Manichæos, Vbiquetarios, ſicuti & Caluiniſtas. *Ratio* quidem in opinionibus, quę ad *Naturales ſcientias* ſpectant, *Et Auctoritas Diuina* in illis, quæ in *Supernaturali Lumine* fundantur, ſolummodo locum per ſe habere debet; vel ſaltem primas his deferre debet quiſq; licet veroſimilis pietas in cõtraria fulgeat opinione. In infinitum Pietatis ſpecies, ac vmbræ effingi queunt; Vtinamq; in *huiuſmodi opinionibus*, tanquam *in herba*, nunquam lateat *anguis Auaritia, Superbia, alienorum appetentia, in omnes dominandi cupiditatis* &c. Optimè *ipſemet Seneca ep.*45. ait, *Vitia nobis ſub virtutum ſpecie obrepunt*; & *ep.*120. ſunt *Virtutibus vitia confinia, & perditis quoque, ac turpibus recti ſimilitudo*. Cauendum quidem, ne illud S. Hierony. in Vigilantium nobis obijci poſsit, *non erubeſcimus vitijs noſtris nomina pietatis obtendere*; nã vt egregiè S. Aug. l.4. contra Iul. c. 3. *nullum vitium præſentius venenum habet, quam quod ſub virtutis, vel pietatis titulo repræſentatur*. Nunquam fiat, vt aliquę opiniones non damnentur vt hęreticæ, licet tales ſint; vel pro merito earũ praxis omninò nõ interdicatur, eo ꝙ aliquorũ cupiditatib. indulgeant *Diuini honoris fuco illita*, &c.

10. PONO, cum *Publicum verè bonum* antiquius debeat eſſe cuique, quam *cuiaslibet Priuatum*, opiniones *præponendas*, in quibus præcipuam illius rationem haberi apertè conſpicitur, dummodo tamen publicum re ipſa ſit Bonum: In Iudicio autem de hoc ſępenumero homines, niſi ſint admodum perſpicaces, ac ſinceræ præterea mentis, facillimè decipi queunt; poteſt enim fingi publicum, quod eſt priuatū, & e contra, varijſq; cauillationibus id probari, quę non deerunt multis, dum de propria agitur cauſa: *Publicum* autem re ipſa *Bonum* in hoc ſitū eſſe videtur 1. Quod *Animab. multis Paradiſi ianua pateat, nominatimque Chriſtianam Fidem colentibus* 2. Quod *Diuina mādata, ac præſertim quę ſunt Naturæ conſentanea, exactè ſeruētur* 3. Quod *Reſpublica Eccleſiaſtica, atq; Ciuilis intra præſcriptos ſibi fines iuriſdictionem ſuam contineat*, vnaq; alteri opem ferat in ijs, quæ recta ſunt, medijs illarum vnicuique congruis; neq; enim Chriſtus Euangelica lege vnquam intendit Iuribus aliorum naturalibus derogare, licet ad ſuperiorem finē medijs ſupernaturalib. animas dirigi voluerit 4. Quod *plurimi alliciātur ad Chriſtianā Fidēmedijs a Chriſto propoſitis*, adhibitiſq; tum ab Apoſtolis, tum ab Apoſtolicis verè homini-

minibus,quæ ſatis per ſe forent;inter hęc haud numeratur exilium, bonorum publicatio, vel priuatio, dominij ſubtractio, ignis, mors &c. *Eliæ ſpiritus non eſt Chriſti ſpiritus, imò a Chriſto apertè reiectus vt Euãgelicæ legi diſſonus* 5. Quod *Pax, & Charitas inter Chriſtianos præſertim, maximè foueatur*, a qua tranquillitas & animarum, & corporum in vniuerſos fideles deriuet; Sicuti autem *verum eſt*, illam non poſſe haberi, niſi in vnitate fidei omnes conueniant, hoc eſt credãt ea omnia, quæ e verbo Diuino vel ſcripto, vel tradito apertè habetur eſſe credenda; ita eſt quoque *Veriſſimum*, illam nec poſſe haberi, ſi qui cõtendant aliqua eſſe credẽda, nec ſatis, ac idoneè id probent, ſiue non ſuaſibilem reapſe ſuum reddant ſermonem, &c. alioſq; aſpernentur, ac a ſe repellant tãquam polluta labia habentes, lepra infectos &c. *Fallax* deprehendatur illorum ſenſus, qui aſſererent, a *nonnullis*, ad *quos maximè inter cæteros ſpectat Pacem inter Chriſtianos cuſtodire, occultis artibus* (licet ſimulent ſe illam quam vehementer cupere, imo & interdum curare) *animorum Contentiones inter Chriſtianos, Bellaq; inter Principes foueri, excitari, nouamq; diſcordiarum materiam ſuppeditari; ne ſi aliquando Pax Chriſtiano Populo reſtituentur, ip-*

ſi cogantur ab his,qui ad id poteſtatem habent, quã populorum ſibi ſubditorum circa Religionem Diſſidijs, Belliſque agitati exercere nequeunt, *reddere rationem de male adminiſtrato munere, de iniqua aliquorum iurium vſurpatione, de dominatu plane deſpotico paulatim acquiſito,non Iuri Naturali, non Iuri Diuino conformi,* &c. Nec publicarum conſcijs rerum vnquam pateat, ſi verè Pacem in Chriſtiana Republica vellent nonnulli, poſſe *illam reddere interdum*, ac *ſape impedire*, ne illa inter multos perturbaretur extinctis diſcordiarum, bellorumque ſcintillis cum aliquo etiam ſuo temporali incommodo, quod præferendum eſſe totius Chriſtianæ Reipublicæ commodo (quæ grauiſſima etiam inde in Religione patitur detrimenta; ac male etiam audit apud infideles) Ratio ipſamet naturalis, ne dum Diuina docet. *Multò magis Bella, quam Lites, pluribus quidẽ afferunt emolumẽta* 6. Quod *Iuſtitia in omnibus, & cũ omnib. ſeruetur* 7. Quod *Subditi obſeruent ſuos ſuperiores, ac potiſſimè Laici nunquam contemnant Eccleſiaſticos*, & Superiores, ſed *potiſſimè Eccleſiaſtici, ſubditos,tãquam filios, diligant, imò & ament*; Subditi *illis, qui ſibi præſunt*; hi *ſuis Legibus,& maximè Diuinis obtemperent*; Subditi *alimenta,& congrua ſubſidia*,quę

pro

pro temporum opportunitate varia, ac magis minuſue grauia eſſe poterunt, *etiam cum aliquo graui ſuo, ſuorumque incommodo Superioribus ſuis*, ſiue Eccleſiaſticis, ſiue Secularibus; *pro ſua conditione exhibeant*; hi verò, ſi *Eccleſiaſtici ſint*, ſubditorũ animæ ſaluti proſpiciant medijs a Chriſto in Euangelio expoſitis, ab Apoſtolis tum Epiſtolis, tũ praxi indicatis, & ab antiquiſſimis SS. Patribus vſurpatis, *oueſq*; præſertim a Chriſto ipſis concreditas, tanquam ſuas, *paſcant exẽplo conuerſationis, verbo prædicationis, fructu orationis*, non *tondeant*, non *premant*, non *deglubant*, non *mactent*, non *deuorent*; Si *Sæculares*, Subditorum Bonis, *tum Fortunę, tum Corporis*, ſollicitè conſulant, ſecus vtrique cõtra Charitatem, & Iuſtitiã peccaturi 8. Quod *illi*, quorum præcipuæ ſunt partes alios Moralibus, & Chriſtianis virtutibus informare, exemplo præeant, nõ *tam lingua, quam vita eruditi, non tam differentes magna, quam facientes*, vt *S. Paulinus Iouium* monet; non ſolùm quia *erubeſcit quamuis præclara doctrina* (ſic *S. Hierony. epiſt.* 16. *ad Princ.* loquitur) *quam propria erubeſcit conſcientia*, & vt *Cheræmon Abbas apud Caſſ. collat.* 11. *c.* 4. habet, *nunquam erit efficax inſtituentis auctoritas, niſi eam effectu operis ſui cordi affixerit audientis*; Verum

etiam quia *S.Greg. c* 8 *lib.*21. *Moral.* teſte, *Magiſtri vigilantes quidem ſcientia, ſed vita dormiẽtes, auditores ſuos, quos per vigilias prędicationis nutriunt, dum quod dicunt, facere negligunt, per ſomnum torporis occidunt & negligendo opprimũt, quos alere verborum lacte videbantur*. Equidem *perſuadent ſibi ſubditi* (inquit idem S. Doctor *c.* 2.*p.*1.*Paſt.*)*id eis in primis licere quod a ſuis Paſtoribus fieri palam conſpiciunt.* Legantur quæ idem *S.* inter cætera habet *p.* 3. *Admon.*5. & *lib.*9. *ep.* 64. ad Brunichildam Reginam. Quare tanquã publico, maximoq; omnium ferè bono opportunę opiniones *praeferendæ*, quę Chriſtiana prudentia, ac vitæ integritate conſpicuis ſummas præſertim dignitates conferendas eſſe putant, etiam ex *Iuſtitia*. Certè in *grauibus peccatis quis poſitus, dum ſuis premitur, aliena non diluit*, vt inquit, *S.Gregor.c.* 3.*Præf. in Iob*; quib. *adduntur* 3.*q.* 7.*c.* *in Grauibus* & 14.*q.* 5.*c.Scriptum*; *Cuncti enim liquido nouimus, quod cum is diſplicet, qui ad intercedendum mittitur, irati animus proculdubio ad deteriora prouocatur; Scriptũ quippe eſt, Victima impiorum abominabiles ſunt Deo, vota iuſtorum placabalia*. Sed & idem *S.* ſcribit *lib.*7. *ep.* 116. ad Reges Francorum *maiorem metuendam eſſe locis illis fore calamitatem, vbi tales interceſſo-*

ceſſores ad Locum Regiminis adducuntur, qui Dei magis in ſe iracundiam prouocant, quam per ſemetipſos populis placare debuerant. Auertat Deus, ne aliquorũ ad nonnullas Dignitates electio Diabolicis, non Diuinis tribuenda ſit afflatibus. Praui equidem Dæmonis Miniſtri forent illi Theologi, qui doctrinas proferrent eneruantes vim Legum Naturalium, Diuinarum, atque Poſitiuarum reapſe ſanctiſſimarum, atque iuſtiſſimarum ad huiuſmodi electionem ſpectantium; & illam, quæ irrita foret, quibuſdam cauillis, quos publici bono ſpecie tegerẽt, ratam redderent. Nullum equidem ſperari poſſet læthalibus morbis remedium, niſi omne adhiberetur ſtudium, ne venenatę quædam opiniones circa electiones præſertim nonnullorũ, in quibus maximè totius Chriſtianæ Reipublicæ ſalus, ac trãquillitas tum animarum, tum corporum nititur, illas inficerent, vel laudarentur, approbarentur &c. Cum *inuidi ſpiritus, & ſine controuerſia maligni noxias opiniones*, vt *S. Aug. lib.6. de Ciuit. c.3.* ſcribit, *occultè inſerant cogitationibus impiorum, & apertè aliquando ingerant ſenſibus, & quæ poſſunt fallaci conteſtatione confirment,* hæc præcipuè effici ab illis veriſimile eſt, cum quidam voce, aut ſcripto volunt, aut co-

guntur ſententias ſuas proponere de nonnullorum electione auctoritate, &c. Impium quidem eſt aſſerere, nonnullorum electioni peculiariter Spiritum Sanctum præfuiſſe;niſi tamen quis dicere velit, ſicuti Chriſtus inter duodecim Apoſtolos vnũ elegit, qui erat Diabolus; *ſic facere Ieſum hodie*(verba ſunt *S.Bern.in ſer.ad Cler.in Conc.Rhem.* quæ an noſtris etiam temporibus vera,vel veriora ſint, videant alij,ego id non aſſero) *eligentem ſibi multos Diabolos Epiſcopos.* Generaliter *ergo opiniones*, Quæ ritè omnibus perpenſis in hæc,hiſq; ſimilia magis deflectunt legentium, vel audiẽtium animos opiniones,potiori ſtudio proſequendæ. Dum de quibuſdam agitur, non facilè pro vna vel altera ſententia pronunciandum, & maximè in aliquo particulari caſu (adiuncta enim huiuſmodi eſſe queunt, vt priuato huic fauere ſit publicum verè bonum,quod cæteroqui non foret)& dum publica bona ſimul concurrere videntur.

II. PONO,cum mutua hominum Societas, mutuumque Commercium ſit vnum ſaltem e præcipuis *Bonis publicis*,Quæ hæc omni,vel aliqua ex parte tollere videntur, ſententias Viro Boni Publici amantiſſimo minùs amandas: Inter has autem quis negare audebit, quin meri-

tò referantur. Quæ *æquiuocationem vehementer approbant*, Quæ *fidem datam violari poſſe putant, ac in alterius arbitrio deponunt*, *an fidei legitimè inter aliquos datæ vinculum reſcindendum ſit nec ne.* Tot mala ex æquiuocationis vſu, & maximè illius, quæ voces adhibet non ambiguum verè, ſed determinatum ſenſum habentes, mente tamen aliud ſubintelligendo, ſiue aliud addendo, ſiue demendo, conſequi videntur, vt nullo bono illa præponderari poſſe prudenter quis arbitrari poſſit. Ex illis quidem ſententijs fit, vt *nullus vnquam poſſit eſſe certus de eorum, quæ ab alio dicuntur, veritate*: *In foro ſaltem conſcientiæ conuentis ſtandum non erit*, *Promiſſa non erunt exoluenda* &c. Nam aliquæ exceptiones mente ſemper apponi poterunt. *Nonne quiſque dubitare poterit, an fides ſibi ſeruanda ſit*, ſi adiunctiones quaſdam mente liceat retinere, & præcipuè ſi ex alterius amici arbitratu hæ pendeant? Ex duobus, qui ſub certis cōditionibus pacem fecerunt, *vterque ſibi ſuadere poterit, ab alio violandam*, *vbi maiorem opportunitatem ſe opprimendi habuerit*. Accuratè perpendendum, An æquiuocatio, fideique datæ violatio *inter intrinſecè mala* reponenda ſit, æque ac inter illa reponitur pollutio, fractio ſigilli Sacramētalis Con-

feſſio-

fem.nis &c. quia ſi vel ſemel hæc licerent, id non poſſet non vergere in maximum Ciuilis,& Eccleſiaſticæ Reipublicæ detrimentum, quod nullo alio excogitabili bono compenſari poſſe dicunt non pauci. Non minora certè mala videri poteſt importari ex libero æquiuocatio nis vſu, quam ex mendacio; quod tamen nunquam licere communis plane opinio fert: Et ablata fide, ideſt Dictorum, Conuentorumque conſtantia,& Veritate, quæ eſt Iuſtitiæ fundamẽtum, nonne hominum inter homines ſocietas illico dirimitur? *Cum fide* quidem *omnem humanam ſocietatem tolli* ſcripſit *Liu. lib.* 6. Sed & *Senec. ep.*88. ait, *fides ſanctiſſimum humani pectoris Bonum eſt, nulla neceſſitate ad fallendum cogitur, nullo corrumpitur pręmio*. Non ſemel noſtris quoque temporibus patuit, licet a quibuſdam Primarijs Viris minus æqua forſan fuiſſet data fides, Deum tamen de perfidia pœnas sũpſiſſe. An non iuſtum, vt Deus, qui eſt iuſtiſſimus, illum puniret,& acerrimè, qui pecuniam v.g. eamq; ingentem, vel quid ſimile ab aliquibus accepiſſet ad redimendam vexationem, vel . alicubi manere ipſis liceret, eos fictis prętexbus, ſiue cauſis deinde vexaret, expelleret, c. non reddita illis pecunia &c? Poſſunt eſſe

aliqui

aliqui Conſiliarij, & maximè in foro interiori, qui id ſuadeant; *qui tamen ſi ſuam rem agere viderentur, eo quod cuperent horũ occupare bona, eſſent à Viro prudenti, ac verè pio, iuſtoq; repellendi, licet Religionis ſpeciem obtenderent*; Hi equidem lõgius ſaltem eſſent a Curijs amandandi; Nam vt *S. Sal. lib.* 4. *de Gubern.* inquit, *Magis eſt damnabilis malitia, quam titulus bonitatis accuſat; & reatus impij eſt pium nomen.* Perpendendum eſt, hoſce Conſiliarios poſſe ex illorum genere eſſe, qui æquiuocationis vſum validè propugnant, & facilè intrinſecè malorum augent, vel minuunt numerum, prout hæc Doctrina ſuis inſeruit commodis. *Prothei ſunt quidem aliqui in ſuis opinionibus.* Lõgè remoueatur occaſio querelę, quod Chriſtiani, & *ex his*, qui ſe Catholicos profiterẽtur, nõ pauci, eſſent fidei violatores, & quod Chriſtiana Religio id ſuaderẽt &c. Quid mirum ſi, *Infideles in ſuis pactis cũ Chriſtianis non eſſent fideles*; quod *Heretici par pari redderent Catholicis*, & aliqui nollent in Catholicũ locum concedere, vt de Rebus ad Religionem ſpectantibus differerent, timentes ſibi ab illis quoque, qui exiſtimantes per ſe æquiuocationem vitandam, fidemq; ſeruandam, tot tamen cauſas admitterẽt, & alias fingere facillimè poſſent,

ſent, propter quas æquiuocatio admittenda, fides non ſeruanda, vt moraliter non poſſent eſſe vnquam certi de illorum fidelitate. Eſſet hæc quæſtio enimuero in aliquo definienda Concilio. Verùm cum aliæ, & nõ minùs forſan graues quæſtiones eo indigerent; Diabolus qui optimè nouit, vt *S. Chryſoſtomus* ait, *per Generale Cõcilium conſeruari Chriſtianam in fide vnitatem, eoque diſſidia & controuerſias in fide, & ceremonijs dirimi*, vtq; *S. Aug.* monuit, *In euidenti Eccleſię vtilitate recurrendum eſſe ad Concilium*, ea impedimenta attulit, ac affert in dies, eaque poteſt etiam ſuggerere nonnullorum menti, vt afferant nefarijs etiam artibus, ac morali homine indignis, qui nollent in illo diſcuti, *Quęnam ſit aliquorum auctoritas* (quæ tamen ſi legitima verè foret in omnibus, quæ ipſi volunt, conformiſq; eſſet Iuri naturali, vel Diuino, non dubitandum prorſus ab vllo Chriſtiano, quin contrarium a Concilio legitimo definiretur) vt illud ſperari noſtris temporibus non poſſit; indeque læthalibus morbis noſtra mater Eccleſia afficiatur. Curandum ergo ab illis, qui illam verè diligunt, ne culpa ipſorum, vel eorum, qui ſuo ſubſunt imperio, hæc nota Calliditatis, ac Infidelitatis ipſi inuratur. Quare quibuſ-

dam

dãm petentibus, ac interrogantibus de nõnul-lis ſatius eſt equidem, *vel oſtendere ſe illos non intelligere, aliòque ſermonem conuertere, vel eos arguere vt inepta poſtulantes, vel modeſtè dicere, ſibi haud licere de tali re loqui* &c. quàm æquiuocationem adhibere; Quæ ſi admittenda, ad ſummum tunc erit, cum vltimum vitæ diſcrimen non ea vtenti imminebit: *Fides autem vel non danda, vel ſeruanda a Principe &c.*

12. PONO, Cum *Iuſtitia* partim ſit Virtus præcipua, cuius ope quæcumq; hominũ cõmunitas tranquillã degit vitã, & qua fruendi cauſa beni morati reges, ac magiſtratus inſtituti vidẽtur, illaq; partim ſit Virtus ſuam cuiq; tribuẽs dignitatem; *Opiniones* illas eſſe anteferendas, *Quæ* ius ſuum tribuunt Eccleſiaſticæ Poteſtati, ac Eccleſiaſtico foro, ſuumq; Ciuili Poteſtati, ac foro; *Quæ* ius ſuum Superioribus tribuunt ſuumq; ſubditis; *Quæ* ius ſuum tribuunt *Romano Pontifici*, ſuumq; inferioribus Prælatis; *Quæ* ius ſuum tribuunt Locorum Ordinarijs, ſuumque ab illorum iuriſdictione legitimè exemptis; *Quæ* ius ſuum tribuunt Parentibus, & Maritis, ſuumq; Filijs, ac Vxoribus &c. Sunt enim non paucæ Opiniones, quæ ita vni ſtudent parti, vt nullam alterius rationem habeant, conãturque

turque contrarias improbabilitatis nota deſignare. Propter priuatas Scriptorum quorumdam Cauſas aliquę in lucē prodierunt Opiniones ſpecie Probabilitatis velatæ, quæ *Iuribus quoque Naturalibus, qua Chriſtus lege ſua non ſuſtulit, ſed potiùs confirmauit, aduerſari nec leuiter videntur*; & hæ cum nonnullis arrideant, liberè vagantur, cum tamen illi compedibus deuincire conentur alias, quæ iuſtitiæ vehemēter conſentiunt, & cohærent. *Vtinam* grauia ſcandala, & grauiſſimæ diſſenſiones, quæ in Chriſtiana Republica non raro conſpicerētur, ac in illis præſertim perſonis, quæ ab illis abſtinere præ cæteris quam maximè deberent, nunquam ſint aſcribenda Scriptoribus nonnullis, qui minùs verè Deum timentes, minuſque in proprijs Theologiæ, ac Moralis Philoſophię Principijs verſati, ſed prauis, peruerſiſque animi motibus agitati *Nonnullas proferrent ſententias aliquorum iura præter omne ius mirificè amplificantes, aliorum verò iura valdè minuentes*, varijſque ſophiſmatibus, quæ illi, *quorum cauſa agitur, tanquam Demonſtrationes putarent*, ſuaſibiles etiam reddere conarentur.

13. PONO, præferendas opiniones, quę magis *Æquitati* cōſentiunt; illa autem eſt *ordina-*

tain-

ta iuſtitia temperata dulcedine miſericordię; præſumendum enim eſt ſemper dę benigna cuiuſqʒ legislatoris mente, quod in arduis quibuſdam caſibus, certiſque temporum, locorum, ac perſonarum circumſtantijs haud teneri voluerit homines multis legibus, quæ ſunt non de re intrinſecè mala, ſed ideò mala, quia vetita. Nõ ſolùm *Epicheia* virtus per ſe laudabilis eſt; ve- & *Id Iurę ſeruandum eſſe* dicitur, *licet ſtatutum non ſit, quod veriſimile eſt ſtatuendum fuiſſe, ſi quæſitum fuiſſet*. Et quamuis hoc iudicium non ſit ·aſsim, & cuique permittendum; ſi tamen pro- abilem cauſam afferat ſcriptor, propter quam enſeat huiuſmodi obligationem ceſſare, vel on adeò grauem eſſe, qualem verba indicant, iic potiùs adhærendum; Nam *Virga æquitatis* *rga regni Diuini* dicitur in ſacris litteris, a qui- *s* etiàm *nimia Iuſtitia* reprehenditur; ac *in- nibus rebus præcipuam iuſtitiæ, ac ęquitatis, quã ictę iuris rationem* habendam Canonicæ, ac u les leges tradũt. *Summum Ius Summa Iniu-* dicitur, *non quia intra iuſtæ rei limites ſum- m, & extremum illius attingatur; nam hoc eſſe mam iniuriam non poſſet appellari*, vt optimè dam animaduertit, *ſed quia exceſſus in virtu- ſtitiæ inueniatur; cumque ille zelo iuſtitiæ ſer-*

uanda

nandę occultetur, ius appellatur, quod tamen reuera non eſt, ſed *potius iniuria, & contra ius*. Quod autem quidam palam profitentur, aſſeruntq; *Fiat Ius*, & *Pereat Mũdus*, explicatione indiget; *Nam ſi* ſenſus ſit, *nihil* malitiam habens perpetuò annexam, ſiue nihil quod ſit intrinſecè per ſe malum vnquam eſſe *faciẽdum, conſulendum*, ac *ſuadendum*, licet ſciretur hinc vniuerſo Terrarum orbi excidium imminere; vel propter nullius Potentiam, Auctoritatem Minas (multoq; minus Promiſſa, ac Largitiones] & etiamſi mortẽ ſibi, vel alijs inferendam quis arbitrari poſſet, adijudicandum vni, quod eſt alterius, ac ferendam ſententiam, quã iuſtitiæ diſſentire cognoſcatur apertè, veriſsimus eſt ſenſus: *Si autem* 1. *ſenſus ſit*, nullum, quod ſit etiam Intrinſecè malum, vnquam permittendũ, haud *verus* eſt; nam permittũtur meretrices, & vſuræ [ad quas ſoluendas celebres Theologi aſſerunt licere Principi ſubditos cogere] immo & hæreticorum conuenticula, ne dum domicilia in Catholicorum terris quandoque; nam mala, quę conſequerentur, ſi hæc, aliaque his ſimilia non permitterentur, ſunt plura, & grauiora illis; quæ conſequuntur huiuſmodi rebus non omninò interdictis: *Malum* autem *minus*, ſi comparetur

cum

cum maiori, *habet rationem boni aliquando*, & interdum talem, vt præſtantiſſimi doctrina viri putēt fas eſſe minus peccatum, licet ſit ex mortalibus, conſulere illi, qui grauius perpetrare iam decreuit. Accedere etiam poſſunt bona aliquot poſitiua, quæ magis licitam hanc permiſſionem reddere queunt. *Si 2. ſenſus ſit*, Id quod eſt extrinſecè malum, ſiue malum, quia prohibitum, *vel* ſemper omninò Poſitiuæ legi obtemperandum, & nunquam ab ea recedendum, ſenſus omninò falſus eſt; *Tum quia* ſic non diſtinguerentur inter ſe hæc duo Malorum genera, *Prohibita* quia Mala, *Mala* quia Prohibita; *Tum quia* Theologi, ac Philoſophi omnes *Epicheiæ* virtutem admittunt: *Tum quia* nullus negat, quin occurrere poſſint tales circumſtantię, vt talem poſitiuam legem ſeruare ſit malum, ac delictum etiam graue; imò omnes fatentur leges plurimas, ſi maximè ſint Eccleſiaſticæ, cū grauiſſimo incommodo, ac nominatim ſi adſint cauſæ metum iuſtum, ſiue probabilem afferentes, haud obligare: *Tum quia* e celeberrimis Theologis complures putant, lege generatim, ac vniuerſè lata, non teneri ſingulos, dum non adeſt ratio in ſingulis, quæ legiſlatorem ad eā conſtituendam impulit. *Addunt verò*, ſi aliqua

lex de re valde difficili obligat, propter commune aliquod bonum obligare; hoc autē perrarò periclitari poſſe, ſi vnus vel alter, & maximè in foro interiori, ex probabili cauſa ſe a tali exemptum lege arbitretur. *Veriſſimum eſt*, non rarò & contra Iuſtitiam ipſam peccari poſſe, ſi ad vnguem, ſiue ad litteram, vt aiunt, id quod Generaliter aliqua lex pręcipit, ſemper executioni mandaretur. *Vitandæ tamen ſunt opiniones illæ*, quæ in nimis callida, ac malitioſa Iuris interpretatione nituntur ita vt omnem ferme legis poſitiuæ vim eneruare, illique illudere videantur. Hæc quidem ſolertia ſubterfugienda eſt, ac huiuſmodi ſubtilitas omnino damnanda; de qua etiam *pon.* 21.

14. PONO, cum non paucæ opiniones in *Conſuetudine* fundentur a Scriptoribus, ſeligendas, quæ laudabili, ſiue Diuino, Naturalique Iuri non aduerſante aperta Conſuetudine fulciuntur, & maximè ſi illa ſit Generalis, *hominūque piorum* verè *doctorum prudentum*, ac *liberè* omninò agentium, non verò illa, quæ ex *pietate* quadam abſq; eo quod voluerint ad id prorſus ſemet homines teneri, vel *ex metu*, vel *dolo*, vel *ignorantia* profecta eſt: Non rarò autem fit, vt Vel *Scriptores* afferāt tanquam conſuetudinem,

quæ

quæ re ipſa *non eſt talis* (iudicium autem de his quæ non ſæpe, ac maximè, quæ in *interiori foro* fiunt, ac *ſolummodo teſte Deo*, generaliter ferre, perraro ſaltem audebit vir prudens) vel tanquam *vniuerſorum* conſuetudinem proferant, quæ eſt *alicuius Prouinciæ, vel Ciuitatis* hominũ, vel etiam *paucorum*, *& quorum mores* non ſatis ſunt ad illam inducendam: Vel *etiam homines* eam vſurpare incipiant; aut ex *arbitratu ſuo, legis vllius vinculis nolentes ad id vnquam aſtringi*; aut eo *quod legem aliquam, ſiue Eccleſiaſticam, ſiue Ciuilem id iubentem, vetantemue adeſſe putent*, cum tamen legislatores conſilium tantummodò præbeant; aut *quod grauia ſibi imminere mala* [e]*xiſtiment*, niſi tali ſe conforment mori; aut *quod* [a] *nonnullis dicipiantur*, quibus cæteroqui fidem [h]abendam putant, affirmantibus eos teneri ad [i]d, nec adiuncta omnia, aut tale factum ſubſequentia indicant, ſed callidiſſimè occultant. [H]is autem de cauſis queunt dici conſuetudine [a]liqua ſolui complures, licet conſuetudo tan[q]uam Lex a multis afferretur. Poſſunt quidem [m]ultæ conſuetudines tanquam laudabiles ap[pr]obari, quæ liberæ omninò ſunt; hæ tamen [n]*ud laudandæ forent*, ſi eò quod hę ſeruarētur, [ob]teret Diuinas, aut naturales, aut alias legiti-

 mas

femmnis &c. quia ſi vel ſemel hæc licerent, id non poſſet non vergere in maximum Ciuilis, & Eccleſiaſticæ Reipublicæ detrimentum, quod nullo alio excogitabili bono compenſari poſſe dicunt non pauci. Non minora certè mala videri poteſt importari ex libero æquiuocatio nis vſu, quam ex mendacio; quod tamen nunquam licere communis plane opinio fert: Et ablata fide, ideſt Dictorum, Conuentorumque conſtantia, & Veritate, quæ eſt Iuſtitiæ fundamẽtum, nonne hominum inter homines ſocietas illico dirimitur? *Cum fide* quidem *omnem humanam ſocietatem tolli* ſcripſit *Liu. lib.* 6. Sed & *Senec. ep.*88. ait, *fides ſanctiſſimum humani pectoris Bonum eſt, nulla neceſſitate ad fallendum cogitur, nullo corrumpitur premio*. Non ſemel noſtris quoque temporibus patuit, licet a quibuſdam Primarijs Viris minus æqua forſan fuiſſet data fides, Deum tamen de perfidia pœnas sũpſiſſe. An non iuſtum, vt Deus, qui eſt iuſtiſſimus, illum puniret, & acerrimè, qui pecuniam v.g. eamq; ingentem, vel quid ſimile ab aliquibus accepiſſet ad redimendam vexationem, vel ut alicubi manere ipſis liceret, eos fictis pretextibus, ſiue cauſis deinde vexaret, expelleret, &c. non reddita illis pecunia &c? Poſſunt eſſe

aliqui

aliqui Conſiliarij, & maximè in foro interiori, qui id ſuadeant; *qui tamen ſi ſuam rem agere viderentur, eo quod cuperent horũ occupare bona, eſſent à Viro prudenti, ac verè pio, iuſtoq; repellendi, licet Religionis ſpeciem obtenderent*; Hi equidem lõgius ſaltem eſſent a Curijs amandandi; Nam vt *S. Sal. lib. 4. de Gubern.* inquit, *Magis eſt damnabilis malitia, quam titulus bonitatis accuſat; & reatus impÿ eſt pium nomen*. Perpendendum eſt, hoſce Conſiliarios poſſe ex illorum genere eſſe, qui æquiuocationis vſum validè propugnant, & facilè intrinſecè malorum augent, vel minuunt numerum, prout hæc Doctrina ſuis inſeruit commodis. *Prothei ſunt quidem aliqui in ſuis opinionibus*. Lõgè remoueatur occaſio querelę, quod Chriſtiani, & *ex his*, qui ſe Catholicos profiterẽtur, nõ pauci, eſſent fidei violatores, & quod Chriſtiana Religio id ſuaderẽt &c. Quid mirum ſi, *Infideles in ſuis pactis cũ Chriſtianis non eſſent fideles*; quod *Hæretici par pari redderent Catholicis*, & aliqui nollent in Catholicũ locum concedere, vt de Rebus ad Religionem ſpectantibus diſſererent, timentes ſibi ab illis quoque, qui exiſtimantes per ſe æquiuocationem vitandam, fidemq; ſeruandam, tot tamen cauſas admitterẽt, & alias fingere facillimè poſſent,

ſent, propter quas æquiuocatio admittenda, fides non ſeruanda, vt moraliter non poſſent eſse vnquam certi de illorum fidelitate. Eſſet hæc quæſtio enimuero in aliquo definienda Concilio. Verùm cum aliæ,& nō minùs forſan graues quæſtiones eo indigerent; Diabolus qui optimè nouit,vt *S.Chryſoſtomus* ait,*per Generale Cōcilium conſeruari Chriſtianam in fide vnitatem,eoque diſſidia & controuerſias in fide, & cerimonijs dirimi*,vtq; *S. Aug.* monuit, *In euidenti Eccleſię vtilitate recurrendum eſſe ad Concilium*, ea impedimenta attulit,ac affert in dies, eaque poteſt etiam ſuggerere nonnullorum menti, vt afferant nefarijs etiam artibus,ac morali homine indignis, qui nollent in illo diſcuti, *Quęnam ſit aliquorum auctoritas* (quæ tamen ſi legitima verè foret in omnibus, quæ ipſi volunt, conformiſq;eſſet Iuri naturali,vel Diuino,non dubitandum prorſus ab vllo Chriſtiano, quin contrarium a Concilio legitimo definiretur) vt illud ſperari noſtris temporibus non poſſit; indeque læthalibus morbis noſtra mater Eccleſia afficiatur. Curandum ergo ab illis,qui illam verè diligunt, ne culpa ipſorum, vel eorum, qui ſuo ſubſunt imperio, hæc nota Calliditatis,ac Infidelitatis ipſi inuratur. Quare quibuſ-

dam

dam petentibus, ac interrogantibus de nõnullis ſatius eſt equidem, *vel oſtendere ſe illos non intelligere, alioque ſermonem conuertere, vel eos arguere vt inepta poſtulantes, vel modeſtè dicere, ſibi haud licere de tali re loqui* &c. quàm æquiuocationem adhibere; Quæ ſi admittenda, ad ſummum tunc erit, cum vltimum vitæ diſcrimen non ea vtenti imminebit: *Fides autem vel non danda, vel ſeruanda a Principe &c.*

12. PONO, Cum *Iuſtitia* partim ſit Virtus præcipua, cuius ope quæcumq; hominũ cõmunitas tranquillã degit vitã, & qua fruendi cauſa beni morati reges, ac magiſtratus inſtituti vidẽtur, illáq; partim ſit Virtus ſuam cuiq; tribuẽs dignitatem; *Opiniones* illas eſſe anteferendas; *Quæ* ius ſuum tribuunt Eccleſiaſticæ Poteſtati, ac Eccleſiaſtico foro, ſuumq; Ciuili Poteſtati, ac foro; *Quæ* ius ſuum Superioribus tribuunt ſuumq; ſubditis; *Quæ* ius ſuum tribuunt *Romano Pontifici*, ſuumq; inferioribus Prælatis; *Quæ* ius ſuum tribuunt Locorum Ordinarijs, ſuumque ab illorum iuriſdictione legitimè exemptis; *Quæ* ius ſuum tribuunt Parentibus, & Maritis, ſuumq; Filijs, ac Vxoribus &c. Sunt enim non paucæ Opiniones, quæ ita vni ſtudent parti, vt nullam alterius rationem habeant, conã-

turque

turque contrarias improbabilitatis nota deſignare. Propter priuatas Scriptorum quorumdam Cauſas aliquę in lucē prodierunt Opiniones ſpecie Probabilitatis velatæ, quæ *Iuribus quoque Naturalibus, quæ Chriſtus lege ſua non ſuſtulit, ſed potiùs confirmauit, aduerſari nec leuiter videntur*; & hæ cum nonnullis arrideant, liberè vagantur, cum tamen illi compedibus deuincire conentur alias, quæ iuſtitiæ vehemēter conſentiunt, & cohærent. *Vtinam* grauia ſcandala, & grauiſſimæ diſſenſiones, quæ in Chriſtiana Republica non raró conſpicerētur, ac in illis præſertim perſonis, quæ ab illis abſtinere præ cæteris quam maximè deberent, nunquam ſint aſcribenda Scriptoribus nonnullis, qui minùs verè Deum timentes, minuſque in proprijs Theologiæ, ac Moralis Philoſophię Principijs verſati, ſed prauis, peruerſiſque animi motibus agitati *Nonnullas proferrent ſententias aliquorum iura præter omne ius mirificè amplificantes, aliorum verò iura valdè minuentes*, varijſque ſophiſmatibus, quæ illi, *quorum cauſa agitur, tanquam Demonſtrationes putarent*, ſuaſibiles etiam reddere conarentur.

13. FONO, præferendas opiniones, quę magis *Æquitati* cōſentiunt; illa autem eſt *ordinatain-*

ta iuſtitia temperata dulcedine miſericordię; præſumendum enim eſt ſemper dę benigna cuiuſq; legislatoris mente, quod in arduis quibuſdam caſibus, certiſque temporum, locorum, ac perſonarum circumſtantijs haud teneri voluerit homines multis legibus, quæ ſunt non de re intrinſecè mala, ſed ideò mala, quia vetita. Nõ ſolùm *Epicheia* virtus per ſe laudabilis eſt; ve. & *Id Iurę ſeruandum eſſe* dicitur, *licet ſtatutum non ſit, quod veriſimile eſt ſtatuendum fuiſſe, ſi quæſitum fuiſſet*. Et quamuis hoc iudicium non ſit paſsim, & cuique permittendum; ſi tamen probabilem cauſam afferat ſcriptor, propter quam cenſeat huiuſmodi obligationem ceſſare, vel non adeò grauem eſſe, qualem verba indicant, huic potiùs adhærendum; Nam *Virga æquitatis virga regni Diuini* dicitur in ſacris litteris, a quibus etiàm *nimia Iuſtitia* reprehenditur; ac *in omnibus rebus præcipuam iuſtitiæ, ac ęquitatis, quã ſtricti iuris rationem* habendam Canonicæ, ac Ciuiles leges tradũt. *Summum Ius Summa Iniuria* dicitur, *non quia intra iuſtæ rei limites ſummum, & extremum illius attingatur; nam hoc eſſe ſummam iniuriam non poſſet appellari*, vt optimè quidam animaduertit, *ſed quia exceſſus in virtute iuſtitiæ inueniatur; cumque ille zelo iuſtitiæ ſeruanda*

uandę occultetur, ius appellatur, quod tamen reuera non eſt, ſed *potius iniuria, & contra ius*. Quod autem quidam palam profitentur, aſſeruntq; *Fiat Ius*, & *Pereat Mũdus*, explicatione indiget; *Nam ſi* ſenſus ſit, *nihil* malitiam habens perpetuò annexam, ſiue nihil quod ſit intrinſecè per ſe malum vnquam eſſe *faciẽdum, conſulendum*, ac *ſuadendum*, licet ſciretur hinc vniuerſo Terrarum orbi excidium imminere; vel propter nullius Potentiam, Auctoritatem Minas (multoq; minus Promiſſa, ac Largitiones] & etiamſi mortẽ ſibi, vel alijs inferendam quis arbitrari poſſet, adijudicandum vni, quod eſt alterius, ac ferendam ſententiam, quã iuſtitiæ diſſentire cognoſcatur apertè, veriſsimus eſt ſenſus: *Si autem* 1. *ſenſus ſit*, nullum, quod ſit etiam Intrinſecè malum, vnquam permittendũ, haud *verus* eſt; nam permittũtur meretrices, & vſuræ [ad quas ſoluendas celebres Theologi aſſerunt licere Principi ſubditos cogere] immo & hæreticorum conuenticula, ne dum domicilia in Catholicorum terris quandoque; nam mala, quę conſequerentur, ſi hæc, aliaque his ſimilia non permitterentur, ſunt plura, & grauiora illis, quæ conſequuntur huiuſmodi rebus non omninò interdictis: *Malum* autem *minus*, ſi compararetur

cum

cũm maiori, *habet rationem boni aliquando*, & interdum talem, vt præſtantiſſimi doctrina viri putēt fas eſſe minus peccatum, licet ſit ex mortalibus, conſulere illi, qui grauius perpetrare iam decreuit. Accedere etiam poſſunt bona aliquot poſitiua, quæ magis licitam hanc permiſſionem reddere queunt. *Si 2. ſenſus ſit*, Id quod eſt extrinſecè malum, ſiue malum, quia prohibitum, *vel* ſemper omninò Poſitiuæ legi obtemperandum, & nunquam ab ea recedendum, ſenſus omninò falſus eſt; *Tum quia* ſic non diſtinguerentur inter ſe hæc duo Malorum genera, *Prohibita* quia Mala, *Mala* quia Prohibita; *Tum quia* Theologi, ac Philoſophi omnes *Epicheia* virtutem admittunt: *Tum quia* nullus negat, quin occurrere poſſint tales circumſtantię, vt talem poſitiuam legem ſeruare ſit malum, ac delictum etiam graue; imò omnes fatentur leges plurimas, ſi maximè ſint Eccleſiaſticæ, cũ grauiſſimo incommodo, ac nominatim ſi adſint cauſæ metum iuſtum, ſiue probabilem afferentes, haud obligare: *Tum quia* e celeberrimis Theologis complures putant, lege generatim, ac vniuerſè lata, non teneri ſingulos, dum non adeſt ratio in ſingulis, quæ legiſlatorem ad eã conſtituendam impulit. *Addunt verò*, ſi aliqua

lex de re valde difficili obligat, propter commune aliquod bonum obligare; hoc autẽ perrarò periclitari poſſe, ſi vnus vel alter, & maximè in foro interiori, ex probabili cauſa ſe a tali exemptum lege arbitretur. *Veriſſimum eſt*, non rarò & contra Iuſtitiam ipſam peccari poſſe, ſi ad vnguem, ſiue ad litteram, vt aiunt, id quod Generaliter aliqua lex pręcipit, ſemper executioni mandaretur. *Vitandæ tamen ſunt opiniones illæ*, quæ in nimis callida, ac malitioſa Iuris interpretatione nituntur ita vt omnem ferme legis poſitiuæ vim eneruare, illique illudere videantur. Hæc quidem ſolertia ſubterfugienda eſt, ac huiuſmodi ſubtilitas omnino damnanda; de qua etiam *pon.* 21.

14. PONO, cum non paucæ opiniones in *Conſuetudine* fundentur a Scriptoribus, ſeligendas, quæ laudabili, ſiue Diuino, Naturalique Iuri non aduerſante aperta Conſuetudine fulciuntur, & maximè ſi illa ſit Generalis, *hominũque piorum* verè *doctorum prudentum*, ac *liberè* omninò agentium, non verò illa, quæ ex *pietate* quadam abſq; eo quod voluerint ad id prorſus ſemet homines teneri, vel *ex metu*, vel *dolo*, vel *ignorantia* profecta eſt: Non rarò autem fit, vt Vel *Scriptores* afferãt tanquam conſuetudinem,

quæ

quæ re ipſa *non eſt talis* (iudicium autem de his quæ non ſæpe, ac maximè, quæ in *interiori foro* fiunt, ac *ſolummodo teſte Deo*, generaliter ferre, perrarò ſaltem audebit vir prudens) vel tanquam *vniuerſorum* conſuetudinem proferant, quæ eſt *alicuius Prouinciæ, vel Ciuitatis* hominũ, vel etiam *paucorum*, *& quorum mores* non ſatis ſunt ad illam inducendam: Vel *etiam homines* eam vſurpare incipiant; aut ex *arbitratu ſuo, legis vllius vinculis nolentes ad id vnquam aſtringi*; aut eo *quod legem aliquam, ſiue Eccleſiaſticam, ſiue Ciuilem id iubentem, vetantemue adeſſe putent*, cum tamen legislatores conſilium tantummodò præbeant; aut *quod grauia ſibi imminere mala exiſtiment*, niſi tali ſe conforment mori; aut *quod a nonnullis dicipiantur*, quibus cæteroqui fidem habendám putant, affirmantibus eos teneri ad id, nec adiuncta omnia, aut tale factum ſubſequentia indicant, ſed callidiſſimè occultant. His autem de cauſis queunt dici conſuetudine aliqua ſolui complures, licet conſuetudo tanquam Lex a multis afferretur. Poſſunt quidem multæ conſuetudines tanquam laudabiles approbari, quæ liberæ omninò ſunt; hæ tamen *haud laudandæ forent*, ſi eò quod hę ſeruarẽtur, pateret Diuinas, aut naturales, aut alias legiti-

mas leges, maximique ponderis non ſeruari; aut difficillimè ſeruari. Phariſaicæ enimuero quædam conſuetudines vehementer non ſolũ a Concionatorib. vituperãdæ verùm a ſcriptoribus etiam reprobandæ, ac exterminandæ penitus forent, quæ Iuri Diuino, aut Naturali non cõſentirent, aut verè Diuinum cultum minuerent, & ſub quarum fucato nitore lateret verè auaritia, ſuperbia &c. *Vituperandæ illa*, quæ maiorem *B. V.* ac *Sanctis* venerationem conciliarent, aut indicarent, quam *Deo, & Chriſto Crucifixo*; ac præterea illæ in multos eiuſdem ciuitatis, aut oppidi incolas introductæ, e quibus fieret, vt hi redarguerent etiã acerrimè alios, qui illis non adhærerent, etiam ſi omnes faterentur nullum ad eas teneri; præterquam enim eſſet equidem melius alijs non detrahere, hi, qui tales ſeruarent conſuetudines, ſibi licitam hinc reddere legum Diuinarum, ac Eccleſiaſticarũ præcipuarum violationem poſſent. *Quid ſi Accedat*, quod ſæpe pax, charitaſque domeſtica, quæ in ſimili conuictu magna ex parte ſita eſt, perturbaretur nec leuiter? Non in vna Ciuitate patet experientia, eos qui Sabbati die a quadrageſimalibus cibis non abſtinent, cenſeri a pluribus nõ pios, imò interdũ Lutheranos ap-

pellari ab illis nominatim, qui eo die ſuis quã maximè indulgent prauis animi cupiditatibus, ac inſequẽti nominatim Dominico die Bacco, Veneri, ac Ludo ſe totos dedunt, pro certo habentes huiuſmodi peccatorum, quę ex fidentia in tali abſtinentia (quæ vtinam ſæpè à gulæ vitio non oriatur) alacriter ſuſceperunt, veniam ſibi facillimè dãdam, imò Deum mirũ aliquod præter conſuetum naturæ, & gratiæ ordinem effecturum, vt ipſi, licet vitijs cõtaminatiſſimi, cæleſtis tandem gloriæ compotes fiant. An nõ *B.V.* gratius foret, quod hi ea die magis abſolutè *Filij ſui Chriſti* mandatis obſequerẽtur, irã, aliaſque animi affectiones magis moderarentur, eſſent magis manſueti, miſericordes &c. eſsent magis ſolliciti, ne aliorum laudem, honorem, ac famam depecularentur, majuſq; ſtudium ponerent in ijs, quæ ſpectant ad Humilitatem, & Caſtitatẽ, quæ ſunt virtutes B. V. gratiſſimę? Irrident nos noſtri hoſtes propter conſuetudines quaſdam, & interdum non immerito. MVLTO minùs *amplectendæ opiniones*, quę niterentur aliqua conſuetudine, quam verè ſolummodo ſuperbia, vel auaritia &c. induxiſſet, & conſeruaret, licet aliqui Iuriſperiti, ac Theologi eas munire leuiſſimis quibuſdam ratiun-

 culis

culis conati fuiſſent, ſi vltima tandem, ac præcipua ratio ſit, *quod ita alicubi fit*; nam vt *l. ſed licet. 12. ff. de off. Præt.* habetur, *Non tam ſpectandum eſt, quid Romæ factum ſit*, vel fiat, *quam quid fieri debeat*; & *Ambroſius Catharinus Epiſcopus Minorenſis*, quem ob vitæ ſanctitatem, & ſingularem eruditionem plurimum *Sixtus Senenſis in Biblioth.* extollit, in quæſtione, *quo Iure Epiſcoporum Reſidentia debeatur*, edita anno 1548. ſcripſit, *Nihil prohibet in Curia multos eſſe abuſus* (hi forſan modò non ſunt) *qui propter longam conſuetudinem, & nullam animaduerſionem, & magnam huius ſæculi cæcitatem nō ſolùm fiunt, & permittuntur, verum etiā (quod eſt longè calamitoſius) IAM ABVSVS NON SVNT*; *Videat ergo tandem Deus, & apponat oculum miſericordiæ ſuæ, vt & nos recipiamus viſum, & nemo auſit dicere bonū malum, & malum bonum, nec vllo præſtigio obÿcere nobis tenebris poſt hac.* Quib. (præter olim *ep.* 42. ad Henr. Sen. Arch. de Romanis a *S. Bern.* apertè tradita) addi poſſent, quæ *Franc. Vict.* ex eodem *Prædic. Ord. Theologiæ* præterito ſæculo *Inſtaurator* dictus ſcribit, præſertim in *Relect.* 4. ac nominatim in fine *prop.* 6. ac infra §. *Præterea conſiderandum eſt*, & paulo poſt §. *ſi quis obÿciat*; ac *prop.* 19. &c. Nullibi verum reddatur; quod

olim

olim *S.Cypria. lib.2. ep.2.* pronunciauit, *Conſenſere iura peccatis, & cępit eſſe licitum, quod publicum erat*; Et i ũquam prof rri poſſit id quod *Tacitus lib.2.* cum de publico luxu cohibẽdo ageretur, & *Gallus Aſinius* contra d ſſeruiſſet, addidit, *facilè aſſenſum Gallo ſub nominibus honeſtis, confeſſio vitiorum, & ſimilitudo audientium dedit.* Quid mirum ergo, ſi alibi etiam nonnullæ conſuetudines, quę videntur minùs probæ, approbatores haberent, qui eas reddere ſuaſibiles conarentur ex paritate aliarum, quæ a nonnullis commendarentur, quamuis certè minùs legitimè, vel ex eo quod compenſandum eſſet præiudicium aliquorum iuribus illatum a conſuetudinibus alijs &c.! Nullæ quidem probandę, niſi probabilibus verè fulciantur rationib. SIMILITER non *amplectenda opiniones*, quę in vno, vel altero actu fundantur, ac præcipuè ſi alio ſolum *permittente* & multò magis *ſi neſciẽte, vel obſiſtere* propter alterius potẽtiam, aliaſque ob cauſas, quæ probabilem incutiant metum, non valẽte, huiuſmodi actus exerceantur. Non raro accidere poteſt, quod vbi aliquibus conceſſum fuerit ad argumentum vel *gratitudinis*, vel *liberalitatis*, vel *pietatis* &c. vt aliquẽ ad iuriſdictionẽ nominatim attinentem actum

exerceant, hi vel ex vnico actu incipiant præſcribere, vel iam præſcribant, & cum maiori ſint præditi poteſtate, ſiue auctoritate, vel alias ob cauſas fieri deinde non poſſit, quo minùs alios exerceant, & non niſi armis, belliſue, vel graui populorum perturbatione poſtea illi impediri queant. Cauti ergo eſſe deberẽt Principes, ne alteri, & *maximè ſe potentiori, vel ęquè pari*, iuriſdictionis vllius actum ad ſe ſpectantem concederent, vel permitterent, ſi ille præſertim facillimè ſibi præſcriptionis ius vindicaret, quod non niſi difficillimè, & ſuſcepto quandoque bello, a ſe auertere poſſet; Id autem præſertim *Attendendum eſt*, cum vnus Princeps alterius ope Principis indiget, vel ad illum confugere compellitur &c. obſeruare enim poſſũt callidiſſimi homines alterius Principis miniſtri *hęc tempora pracipuè, & ab illo extorquere nonnulla; imò exercere queunt tunc quoſdam actus, inconſulto* etiam Principe, eo quod videãt quãdoque talibus præpeditum curis, vt non poſſit hiſce conatibus repugnare, vel minùs tunc habere offenſum hũc etiam Principem illi commodum ſit. *Animaduertendum* quoque eſt, ne cũ certum, vel probabile ſaltem eſt, non teneri Principem ab alio petere facultatem aliquos

exer-

exercendi actus in ſuo Principatu, incipiat *primò illam petere*; nec ad hoc impelli ſe ſinat, vel *a pietate quadam*, quæ poteſt *impia* eſſe, *tum quia* iuribus ſuis, ac populorum præiudicare, multaque incommoda ſibi, ac populis afferre poteſt deinde, *tũ quia* fouere poteſt alterius ſuperbiã, auaritiam &c. vel *a ſcrupulis*, quorũ ſæpe ignorantia cauſa eſt; & qui inijci poſſunt a nonnullis, qui conſultò miſſi ſint ad hoc, vt eos Principi, illiuſue miniſtris inijciãt &c. *Sibi ſuadere poteſt facillimè is, ſui eſſe iuris talem tribuere facultatem, ſeq. inconſulto, ac renuente alium non illam habere*; ex quo fieret, vt poſtea, nõ niſi grauibus grauiſſimiſq; ſcandalis accedentibus, imò quãdoq; etiam tumultibus, illã ſuo arbitratu exercere poſſet. Quare neq; hoc præſtet Princeps, etiamſi alius dicat, & profiteatur, *ſe omninò talẽ facultatem impertiturum*; hinc enim ius ſibi arrogare poteſt, adeoq; poteſtatem aliàs illam denegandi, alijs Principib. oſtendere exemplum huius Principis, qui petijt facultatem &c. *atque ſic pedetentim ius vniuerſale acquirere* in multa, quæ liberè omninò fieri poterant &c. Norunt hęc qui in Eccleſiaſtica, ac Sęculari eruditione verſati ſunt. Experientia patere poſſet, aliquos omnes ingenij neruos intendiſſe, ac intendere,

vt

vt iuriſdictionis ſuæ fines amplificauerint, vel amplificent licet cæteroqui ſibi non debitæ, & ad id nouas quoque artes, quæ e Chriſti Euãgelio non colliguntur, excogitare; nec deeſſe vafros homines, qui eaſdẽ ſuggerant, in quos deinde ampla conferant beneficia, quæ non tã largè, & ſine ſui diſpendio alij conferre poſſunt &c. Hinc, quamuis præſtari aſſenſus poſſit illis, qui aiunt, *non poſſe dici conſuetudinem occultam, & Principi ignotam, quam pleriq; ſaltem iam luce publica editi, & qui omnium fere manib. libri habentur, teſtantur vbique dari, & ita fieri*; animaduertendum tamen eſt, quandoq; illam nõ poſſe tanquam legitimam afferri, ſi inductam fuiſſe appareat ob *dolum malum Principi adhibitum, vel metum illi incuſſum, vel Principis ignorãtiam, vel permiſſionem non approbantem, vel deſidiam illius*, qui Iuri Naturali, vel Diuino, vel legitimis ſui Principatus Iuribus derogare non poteſt. In dubio autem, an aliqui actus etiam frequentantes voluerint ſibi obligationem inducere, præferendæ opiniones omninò id negantes; adeoque poterunt (dempto ſcandalo, quod poteſt tamẽ eſſe paſſiuum & quod poteſt auerti declarando, ſe ad id nõ teneri) imò interdum teneri poterunt tales actus non exercere, &c.

&c. *Per ſe quidem non reprobandæ* conſuetudines re ipſa, aut voce, aut ſcripto commendatæ a *viris probis, doctis, prudentibus, & qui liberè omninò egerunt, aguntque*, licet alij illas appellarent *corruptelas, ac iniuſtas, Iurique Diuino, vel Naturali eas aduerſari* cauillis, leuibuſq; rationib. oſtendere niterentur: Imò nec reprobandæ, *imò interdum neceſſariò amplectendæ*, dum probabile foret illas nec Diuino, nec Naturali repugnare Iuri, licet probabile, vel etiam probabilius foret oppoſitum. Solent quorumdam opiniones aliorū conſuetudines, *quæ ſuis aduerſantur commodis*, ſtatim damnare *tanquam corruptelas*, eas omni conatu euellere conantur; & vt *velamen malitię* habeant, eas, *tanquam diſſentientes Iuri Naturali, vel Diuino, vel vtrique* proponūt. & quòd mirabile eſt, *ſuas, & quæ apertè, vel apertiùs ijſdem diſſentiunt Iuribus*, tanquam legitimas omninò obtrudere conantur, eaſque *ſub pietatis ſpecie exhibent ad populos decipiendos; qui ſolent ad pietatem eſſe propenſi*, nec ſciunt diſcernere inter *Veram, Fallacemq; Pietatem*; & inter varias Pietates etiam Veras, *Quænam alteri præferenda*, & maximè hìc, & nunc.

15. PONO inter opiniones *ſeligendas*, quę alteri opinioni inter Catholicos, Doctoſq; viros con-

controverſæ *Cenſuras* non apponunt; *Tum quia* in Cenſuras procliuiores ſunt minùs docti, ac prudentes Viri; *Tum quia* experientia declarare poteſt, hæreticas nõ ſemel appellari opiniones, quę re ipſa ſunt Catholicę, & e contra, ſi ritè examinentur, & ad Catholicarum veritatum lancem ab hominib. nulla animi perturbatione agitatis, *nonnullas, quas tanquam Catholicas aliqui proferunt, potiùs inter hæreticas* eſſe collocãdas. Hoc idem aſſeritur de Cenſuris *Erronea, temeraria, hæreſim ſapientis, improbabilis, ſcandaloſa &c.* Recole ad hæc dicta *pon 39. Opuſc. 1. de Probab. opin.* Quam multi Scriptores ſe in actu exercito indicant neſcire, *Quid huiuſmodi cenſuræ ſignificent!* Alios autem patet verè Sapiẽtibus eas protuliſſe ad illuſtrem aliorum famã obſcurandam, ad proprias vtilitates, ad aliorũ aſſentationem, &c. Difficillimum enimuero eſt opinioni a viro pio, doctrinaque præſtanti viro aſſertæ, ac probationibus firmatæ improbabilitatis notam meritò inurere. Sæpenumero fieri poteſt, vt opinio quæ paulo ante cenſebatur improbabilis, mox probabilis reddatur; poſſuntque recenſeri complures ſententię, quę antecedẽtibus Sæculis tanquam improbabiles rejjciebãtur, ſubſequentib. iudicatas fuiſſe probabi-

babiles, imò & ferme certas propter rationes a Scriptoribus inuentas. Non immeritò quidē in Moralibus valde illuſtris *Ioannes Caramuel* in litteris *Louanij ſcriptis* 4. *Id. Decēb.* 1642. quibus reſpondet *Reuerend. P. D. Antonini Dianæ Cler. Reg.* epiſtolæ ad ſe datæ 1. Nouembr. illa habet. *Hac eſt miſeria noſtri æui. Iudicaturi ſunt ſtudioſos* otioſi, academicis laboribus exercitos *tyrones*, ac modeſtos homines *Sardanapali*. Idē que in litteris *ad D. Frāciſcum Penneman Moguntiæ* 4. *Maij* 1646. ait, *ſe non mirari*, quod *quidam cēſuram crudelem in ſuas ſyntheſes euulgarit; ſemper enim ignorantia eſt impudens, & audax. Noctua etiam*, inquit, *non infimæ magnitudinis inter aues. conqueſta olim in Comitijs volucrum fuit, quod Sol eſſet nimis caliginoſus; nec tamen lego Solem euulgaſſe pro lucis theſauris apologiam, ſed irriſiſſe cęcutientis calumniam, communi omnium ſuffragio, & applauſu contentum.* Sol, *mi Franciſco, eſt veritas, nec minùs clarus ille, quòd in eum blaſphemias noctua euomat; nec minùs certa iſta, quod in ipſam ignorantia prǽſumat. Hęc cum omni moderatione ſint dicta. Sed quoniam &c.* Non poſſum ego etiā non vehementer mirari, quod noſtris temporibus impunitæ ſint iniuriæ, contumelię, detractiones, quibus aſperſi videntur, imò referti sūt quan-

Superiorum ſtudioſos ſe exhibeant, cum viderint, hiſce opinionibus, quæ poſſunt et am minùs Euangelicis, Apoſtolicisque præceptis, ac exemplis eſſe conformes, illos non adhærere. Legantur dicta *pon.* 19. *Op.* 1. *de Probabil. opin.* Conqueſtus eſt anno 1531. doctiſſimus *Ludou. Viues lib.* 1. *de cauſ. corrupt. Art.* quod *hæreſis crimen ita vulgatum foret, vt rebus quoque leuiſſimis impingeretur, cum ſit per ſe atrociſſimum.* Quid dixiſſet, Si noſtris extitiſſet temporibus, quibus adeò familiaris atrociſſima hæc iniuria, nominatimque apud illos, quibus aliquorum *auctoritatem in multis non meritò vſurpatam tueri, & illam amplificare*, non ad maiorem Dei gloriam, verumque Eccleſię beneficium, ſed *ad ſuum denique commodum* propoſitum eſſe, verè ſapientibus patet? Frequentes ſunt ẽt apud hos, ipſiſq; ſimiles notę *Scandaloſæ, Impia &c.* Quæ æquius quidem multis, quas ipſi tuentur, vel proferunt opinionibus, apponendæ. Legantur dicta *pon.* 36. *Op.* 2. *de Probab. opin.*

16. PONO, Præferendas per ſe *Antiquiores* Opiniones *Recentioribus*: Tum *quia* hic honos antiquitati debetur: Tum *quia* plurium auctoritate ſæculorum comprobatæ: Tum *quia* per ſe fideliores, ac ſinceriores, neque tot fallacib.

inuo-

inuolutæ, ac munitæ rationibus, ſicuti multæ nouiſſimis temporibus in lucem editæ, quibus ſuo, aliorumue genio morem gerere propoſitum fuiſſe cæci non vident. Maiorem quidem *morum candorem, & ſimplicitatem olim fuiſſe, quã modò*, affirmat etiam e docta *Soc. Ieſu Gretſer. lib. 1. de S. Cruc. c. 53.* Si tamen vel *manifeſta ratio*, vel *experientia*, & multò magis *ſi Catholica Fides* verè repugnet Antiquiori, Recentiori abſq; dubio ſtandum. *Æuo multò eſt potentiur*, & antiquior *Veritas*, inquit *Clem. Alex. lib. 1. Strom.* Illi *nemo præſcribere poteſt, non ſpacium temporum, non patrocinium perſonarum, non priuilegium Regionum*, ait *Tertull. de Vel. Virg. init.* Recẽtiorum ſententiarum, quas veras eſſe nouimus, Principia ſunt vetuſtiſſima, adeoque licet videantur poſtremò habitæ, virtualiter tamen ſaltem antiquiſſimæ dici queunt. Si etiam *verè probabiles ſolummodo*, non damnandæ eò tantum nomine, quod *Nouæ* ſint. Recole dicta *pon. 28. opuſc. 2. de Probab. opin.*

17. PONO præferendas per ſe *Magis* Communes *Minus* Communibus, multoque magis *Singularibus*, quia in Veritatis Inquiſitione facilius eſt pauciores, quam plures numero decipi; in quo tamen ipſo cum haud numeri, ſed

Scri-

Scriptorum Sapientiæ ratio habenda ſit,ac diligentiæ præterea in Venanda Veritate, fieri poterit,vt ſeligendę ſint opiniones,pro quibus afferri poſſunt pauciores numero Scriptores, vel etiam Vnicus afferri poſſit, qui cumulatiſſimè de tali materia egerit,validiſſimiſque probationb. ſuā ſingularem ſententiam ſtabilierit. Recole dicta *po n.30. op.2. de Prob. opin.* Difficillimū qui dē eſt ſecernere, *Quęnam ſit opinio verè ſingularis, quænam opinio ſit magis, vel minùs Communis*, non ſolùm quia non ab Auctorum plurium numero,ſed grauitate cēſenda eſt opinio magis,vel minùs Communis; verū & quia id aſſerenti debet eſſe *explorata Scriptorum qualitas*, ac nominatim laudabilis eorum libertas in ſcribendo, ac *notus illi eſſe numerus omnium Auctorum, qui de tali egerunt quæſtione*; poteſtq; eſſe communis apud Italos ſcriptores,non verò Gallos &c. Hinc errant complures, qui ſtatim ac vident afferri pro aliqua opinione plures Scriptores (non rarò autem fit,vt multi immeritò afferantur,vel quia potiùs contrarię fauent, vel quia de tali quæſtione aut non egerunt,aut incidenter ſolùm)illi tanquam probabiliori,imò quaſi certę adhærent. Cęteris tamē paribus ſtandum pro ea, pro qua *liberi* ſcripto-

res numero plures. Cum verò agitur de cauſis ad *Matrimonium, Sacramenta, Libertatem, Teſtamenta,* ſiue vltimas voluntates, alijſque ſimilib. ad quoſdam contractus, & ad publicum ſpectātibus bonum, & quæ *fauorabiles cauſa* dicuntur, pauciorum, imò vnius tantū probata ſententia præferri poteſt, imò & debet ſępenumero. De his enucleatius in *opuſc. in quo de opin. Commu.*

18. PONO prçferendas *per ſe* magis opiniones, quç pro ſe afferre queunt *aliquod Statutum,* vel *Iudicium his,* quç tale quid afferre nequeūt; Nam de Superiorum, ac Iudicum prudentia, ac ſapientia per ſe præſumendum eſt. Potuit tamen ſtatutum condi, ac iudicium exerceri a viris minùs peritis; vel ab homin:b. *inuidia* percitis, quæ a *Tacid. lib. 3. aduerſiſſima certę rationi* dicitur; aut ab *amore* in aliquem, vel aliquid impulſis; *expers* autem *eſt iudicij amor, non rationem habet, non ſanitatem,* vt habet *Calpur. Flac. decl. 2.* vel a *prauo ſimili affectu* agitatis; ait autē Quintil. decl. 296. *Magni affectus iura non ſpectant.* Potuerunt *etiam hęc fieri minùs liberè*, eo ſolum etiam nomine quod preces nonnullorū acceſſerint; nam, vt *Tacit. lib. 14. Ann.* ait, *Suaſio ab eo, qui iubere poteſt, vim neceſſitatis affert*; vnde non immeritò Quintil. decl. 281. *non ſunt*

pre-

preces, vbi negandi libertas non eſt: Et ſi iuxta dicta *pon.* 10. *Opuſc. de Oblig. Reg. extr. Dom. Reg. Commor.* præceptum, imò & Statutum poteſt dici Summo etiã Pontifici inuoluntariũ e quatuor Cauſis præter communiter allatas ſubreptionis, & obreptionis; idem multò magis cenſeri poterit de inferioribus Præſidibus, ac Iudicibus. Præterea *potuerunt tunc adeſſe* aliquod adiuncta temporis, loci, perſonarum Similesq; Circumſtantiæ, propter quas huiuſmodi decretum, ſtatutumque re ipſa iuſtum, æquumq; fuerit, quæ cum modò non adſint, iniquum, vel minùs æquum cenſendum meritò ſit: Vna vel exiſtimata leuis circumſtãtia, quæ immutetur, opinionem probabilem, vel probabiliorẽ reddere poteſt, quæ cæteroqui potiùs reprobanda foret. Opiniones enimuerò cum omnibus adiunctis diligenter legendæ in libris, proponendæ, ac diſcutiendæ. *Accedit*, quod ſi nouæ rationes deprehenſæ fuiſſent propoſitæ illis, qui ſic decreuerunt, ac iudicarunt, veroſimiliter non ſic decreuiſſent, ac iudicaſſent; & experientia indicat, ſubſequentes in eodem Tribunali Iudices in ſimili planè cauſa aliter decernere interdum ac anteceſſores.

19. PONO præferendas *per ſe* non paucas

opiniones,quæ *Vulgi ſenſibus* cõformantur,dũmodo aliquorum etiam ſapientum conſenſus accedat;neque enim exiſtimandum eſt,naturæ Auctorem eum tribuiſſe hominib. intellectum, vt in pleriſque veritatibus,ac nominatim in illis, quæ ſenſuum experimento nituntur, decipiatur, cum obiectum intellectui conſonum ſit Veritas.

20. PONO præferendas,cum de re non leuis momenti agitur,Opiniones,quæ integrè, ac *fideliter Auctorum, Legumque verba ex emendatis, legitimiſque Codicibus afferunt*, illis,quæ ſolùm aliquas voces afferunt ex illis deſumptas, vel ſolùm indicant talem Auctorem, aut Legem; Nam non rarò patuit, Scriptores *aliquos* fuiſſe infideles in non omnibus plane vocibus exponendis, cum tamen vnius interpunctionis aut accentus,aut litteræ,nedum vocis,ac dictionis, ac periodi,*additio, ablatio, tranſpoſitio*,ac *immutatio* alium, imò oppoſitum etiam ſenſum efformare poſſit; *aliquos* nõnullas Leges, Auctores nonnullos pro ſua opinione protuliſſe, qui potiùs contra illam ſtarent;*aliquos* ipſaſmet aduerſantium obiectiones, quas ſoluere Auctores tentabant, pro eorumdem ſenſibus repoſuiſſe;*aliquos* Auctorum ſenſum, aut non intel-

lexiſſe, aut non penitus perſpexiſſe; *aliquos* non omnia talibus legibus, vel Auctorum verbis adiuncta attendiſſe, ideoque non congruum illorum menti ſenſum tribuiſſe. Dixi, *ex emendatis, legitimisq; Codicibus*; nam multa ſunt exemplaria, in quibus non pauca, amanuenſium, vel typographorum indiligentia maximè, legũtur Auctorum ſententijs diſſentientia; ac præterea propter aliquorum *oſcitantiam*, aliquorum verò *malitiam* quædam ſunt ſuppoſita, quædam immutata, quędam dempta, quædam addita, &c. E Catholicorum hominum ſocietate *expellendi*, *exterminandi*, *eijciendi* eſſent quidam verſuti, & callidi, qui ne apertiùs cognoſcerentur, ſuos mores, ſuaque Dogmata antiquiori ſuorũ Anteceſſorum vitæ Inſtituto, ac Doctrinę aduerſari, vel ne Anteceſſorum ſuorum mores explorati eſſent, perſpectaque priſcorum doctrina, & praxis foret, voluminum nonnullorum, quę liberè per omniũ manus plurimorũ ſpatio etiã ſęculorum vagata eſsẽt, memoriam perpetua obruere obliuione conarentur, ea vel flammis deuouendo, vel ingenti etiam corrogata pecunia omnia planè exemplaria coempta apud ſe retinendo; & ſi id efficere non poſſent, vel non prohibere, quo minùs illa etiam

 im-

imprimerentur, omnem collocarent operam, vt quæ minùs ipſis placerent, ſupprimerentur, aliaque adiungerentur, quæ ipſorum ſenſibus fauerent. Recole dicta in *c.6. opuſc.1. Animad.* Pro libros legente a *num.* præſertim 12. Nulli vnquam nos excæcent circa antiquitatis cognitionem, ne prauitas, aut minor æquitas deprehendatur quarumdam legum, conſuetudinum &c.

21. PONO præferendas, quæ *Firmioribus*, non quę *Subtilioribus* quibuſdam rationibus nituntur; nihil enim eſt adeò incredibile, quod non dicendo fiat aliquatenus ſaltem probabile, multaque falſa propter ſophiſticas probationes veris probabiliora apparent. Duplex quidem ſubtilitas diſtinguēda eſt; *Prima eſt Bona & laudabilis*, quæ ſcilicet *ex ingenij virtute procedit a ratione, & æquitate non* declinans; *ſecunda eſt Mala*, ac *Vituperabilis*, *& Cauilloſa* dicitur, *quæ nec rationi, nec iuri innititur, ſed proprio, vt aiunt, capiti, & per ambages, & cauillos leges claras*, imò experientias, rationeſq; manifeſtas obſcurãdo, *ſuam*, vel *aliorum, quam tuentur ſententiam, probare contēdit*. Et *Vniuerſaliter* quidem illæ præferendæ, *In quarum aſſenſum, vel diſſenſum ſtatim vi ſua inclinat intellectus*; & licet

cet ſophiſticæ quædam argumentationes opponantur, quas etiam exactè ſoluere nequit, *adhuc tamen contrarias opiniones cenſet falſas*, *nec a primo deſiſtit ſenſu*; optimè callens, *nihil magis vero, quā Veriſimile* aduerſarij; & quò *magis quædam agitantur*, *eò minùs veritatis faciem in illis* apparere; *Multoſq;* teſte etiam Philoſopho *meliùs ſine inquiſitione, quam cū inquiſitione dicere*.

22. PONO præferendas, cum vnaquæque ſcientia propria ſibi Principia habeat, e quibus nonnulla ſunt Primaria, nonnulla Secundaria, quæ in qualibet ſcientia *ſuis*, *primiſque* Principijs nituntur, ſuaſq; concluſiones faciliùs in illa reſoluere poſſunt ſuaſq; probationes ex locis maximè proprijs talis ſciētię deſumūt, quales ſunt in ſcientijs Supernaturalibus Diuina Auctoritas, in Naturalibus Ratio. Cum autem vnaquæque ſcientia ſuum peculiarem habeat procedendi modum, in Phyſicis v.g. pręferendæ opiniones, quæ Phyſicam habeant euidentiam, licet nō Mathematicam, ſiue quę ſolū nō fallaci ſenſuum experimento habentur; ac in Moralibus, quæ quibuſdam Metaphyſicis ſubtilitatibus carent &c.

23. PONO præferendas, quæ *Efficaciores* habet rationes, non quæ *Plures*: Vnica ratio alla-

ta maioris poteſt eſſe ponderis, quã cẽtũ aliæ; imò rationum multitudo huiuſmodi ſententię infirmitatis poteſt eſſe argumentũ, quæ tot indigeat fulcimentis. Aliquando tamen multę ſimul repoſitæ poſſunt opinionem reddere *probabilem*, quarum quælibet haud illam talẽ redderet; *vel probabiliorem*, cum cæteroqui quælibet ſolummodò eam probabilem redderet; vel etiam *certam*, ac *euidentem*, cum tamen quælibet vix probabilem, vel probabiliorem redderet: Moueturque tunc intellectus ad aſſenſum probabilem, vel probabilem, vel certum præſtandum non a ſingulis *diſtributiuè*, ſed *collectiuè* acceptis.

24. PONO præferendas *per ſe*, quæ tùm *efficacioribus fulciuntur rationibus, tum argumentationes contrarias dilucidiùs ſoluunt*; cum enim hæ tenebras humano intellectui offundant, illas diſijcere non poteſt, niſi lux veritatis. Aduerſæ rationes ſunt velut aduerſarij; validior opinio, quæ ex illis victoriam reportauerit; & quò facilius, eò hæc illuſtrior erit. Illa equidem laudabilior opinio, pro qua illius veritatem probãs ea affertur ratio, vt *ex eadem penitus perſpecta oppoſitarum rationum ſolutio colligi poſſit*; idemque armorum genus, vt vulgo fertur, ſimul ſit pro-
us, ac o ..gens, ac officiens.

25. PO-

25. PONO præferendas, quæ *efficacioribus muniuntur probationibus*, illis quæ non adeò *efficacibus*, licet acriùs, ac vehementiùs hæ contrarias oppugnent opiniones; neque enim qui alios aggreditur, ſe imperuium telis reddit, neque qui alienas diruit domos, hoc ipſo domum ſibi ſtruit; fieriq; poteſt, vt iſtius opinionis ædificium ſit valde infirmum, ac facillimè corruere poſſit, vt pote in non apto ſolo conſtructum.

26. PONO præferendas, quæ res *Obſcuras Clarioribus terminis explicant*; nam illarum Auctores ſe verè ſcientes, ac ſapientes declarant, cum nihil aliud videatur *ſcientia*, quam *veritatis occulta manifeſtatio*. Quare minùs probandæ opiniones, quæ *obſcurioribus quibuſdam terminis vtuntur*, & per eos potiùs in aliorum intellectũ caligo effunditur, quam ex illo hęc diſcutitur. *Non tamen* damnandę opiniones vt ſic, quæ obſcuras adhibent Voces: *Tum quia* ſic vituperaretur *Ariſtoteles*, *S. Thomas*, *Scotus*, alijque Scholarum Duces, quorum aſſeclæ in diuerſas plane non iuiſſent ſentẽtias, ſi hi clariſſimas adhibuiſſent voces: *Tum quia* obſcurus ſæpè eſt Auctorum ſenſus minùs ingenij luce perfuſis, minuſque verſatis in Scientijs, aut in euoluendis horum Auctorum libris; Vnaquæque enim ſcien-

ſciẽtia,imò Secta,& Schola etiã peculiares habet voces, quibus proprra explicat placita, & inde talium vocum ſignificatio petenda; *Tum quia* cum ſcientiæ non de obuijs, & quæ vulgo ipſi nota ſint agant,ſed intimos rerum ſupernaturalium quoad fieri poteſt, ac naturalium rerum aperiant receſſus,non poſſunt obuijs vocibus,& quarum vis omnibus nota ſit,vti;imò ad conciliandam erga ſcientiarum obiecta venerationem antiquiores etiam ſapientes obſcura quarumdam vocum caligine plurimarum rerũ lucem dicuntur texiſſe: *Tum quia* nonnulli Auctores obſcuritatis damnantur conſultò a quibuſdam illorum gloriæ,ac famæ inuidis,qui & huiuſmodi dictis alios ab horum lectione auertere conantur &c. Præferendæ tamen ſemper opiniones quæ vulgo notis vtuntur vocibus,ſi tamen a ſapientibus admiſſæ;& inter vſurpatas a ſolis ſapientibus, *Quæ a pluribus ex illis vſurpata.* Hinc etiam minùs probandæ Opiniones, quæ ſolùm diuerſas voces inſinuãt ſinonimas, quæ cum idem prorſus ſignificent ac aliæ, nec nouam humano intellectui impertiant cognitionem, fit vt homo eas audiens, vel audiẽs nihilò doctior euadat,quàm priùs,ac tantummodò plurium vocum,inſtar puerorum, cognitio-

nem

nem accipiat, quibus parùm peritis fucum fa-
ciat.

27. PONO præferendas, quæ *diſtinguunt*; nã hæ a viris acutioribus, ac prudentiorib. videntur profectæ: Cum enim ſapientes viri in aliqua diſſentiunt opinione, *fieri facillimè poteſt*, vt in re ipſa conueniant, in vocibus autem diſſentiant; ideoq; vocum, quas ſapientes, ac maximè diuerſarum Scholarum, ſectarumq; Auctores adhibent, & quas in dies excogitant, ſignificationis habenda notitia, quæ quò maior fuerit, eò breuiùs, faciliùs, ac exactius de aliorum ſententijs *peritus* ſententiam ferre poterit. *Euenire etiã poteſt*, vt licet contrarię opiniones circa idem obiectum verſentur, de illo tamen ſecundam diuerſam rationem ſpectato loquãtur, adeoque ambę opiniones verę eſſe poſſint, licet oppoſitę etiam contradictoriè videantur; *Imò* quæ oppoſitę cenſeri queunt opiniones de eodem obiecto ſecundum eandem planè rationem ſpectato, cenſeri etiam poſſunt non rarò probabiles propter medij termini diuerſitatem; neque enim contradictio eſt dicere v. g. *Cœlum ſecundum opinionem Anaxagoræ, & Mathematicorum plurimorum, & ſecundum rationes aliquas, quæ afferuntur, eſt corruptibile: At ſecundum*

Ari-

Ariſtotelis, ac Peripateticorum opinionem, & ſecũdum rationes, quæ ab ipſis afferuntur, Non eſt corruptibile; Multòq; minùs aſſerere, *Probabile eſt Cęlũ eſſe incorruptibile, Probabile eſt Calũ nõ eſſe incorruptibile*, cum vtraq; propoſitio ſit affirmatiua &c.

28. PONO præferẽdas opiniones, quæ in *lecturis*, vt aiunt, ſiue *interpretationib. legũ Ciuiliũ, Canonicarum*, ſimiliumq; textuum tradũtur, illis, quę in *libris Conſiliorum* leguntur; ſępè enim ad aliorũ Nutũ, ac Voluntatẽ Cõſilia conſcribuntur; cui vt ſe conformet ille, qui conſiliũ prębet, omnes adhibet artes, & maximè ſi aliquod emolumentũ & non leue ſibi ſperet, aut certò polliceatur. Opiniones tamen in hiſce *Conſiliorum libris* traditæ, præcipuè ſi a viris doctrinæ famã conſpicuis, multi æſtimandę; *tum quia* poſſunt eſſe ſinceriſſimè expoſitę ab hominib. ingenuis, quos a veritate proferenda nec argentum, nec aurũ retardare potuit; *tum quia* poſsũt eſſe hi libri accuratiori ſtudio conſcripti, quam alij, qui Lecturas continent &c. *& præterea* poſſunt eſſe valde eruditi, pręſertim pro tali materia, de qua fertur *conſiliũ* quod maximè poſſet contingere, ſi quis alius vir doctus contrarium conſuluiſſet; nam quiſq; omnes intendit neruos, vt ſuũ clientem, ſuumq; ſenſum tueretur. Iure autem opti-

mo

mo hiſce Opinionibus multa conciliaretur fides, ſi hiſce libris insereretur, *iuxta tale Conſiliū a Iudicibus cauſam fuiſſe N.N. adiudicatam.* Et ſi quis Conſiliorum libri Auctor afferret ſolùm Conſilia, pro quibus ſempe, aut plerumque aſſereret ſententiam fuiſſe latam; An non opiniones illæ præferendæ per ſe alijs, quas ipſemet etiam amplexus fuiſſet in libris, *quos* edidiſſet interpretās libros legum Canonicarum, ac Ciuilium &c? Quid ſi in his quoque, aliquorum more Profeſſorum ad Auditorum acuenda ingenia, ſolummodo, aut plerumque *ſubtilia quædam* repoſuiſſet, *iuris apices* ſecutus fuiſſet?

29. PONO præferendas per ſe illas, quæ ab eodem *poſteriori* tempore traditę, illis, quæ *priori*; *tum quia* poſteriùs tradita videtur eſſe retractatio prioris; *tum quia* Auctor, cum in dies proficiat, videtur poſteriorem amplexus quia magis veritatem pro hac ſtare nouerit. *Oportet tamen, vt retractatio prioris ſententiæ* ſit *Voluntaria*; aliqui enim cogi poſſunt a ſuperioribus poteſtatibus retractare opiniones, etiamſi illæ probabiles valde, aut certę etiam moraliter eſſent, eo quod ſuis non fauerent commodis: Quod licet haud præſtandum foret a viro *docto, forti, ac magnanimo*, qui quoslibet potiùs cruciatus perferre

ferre deberet, quam ex recta animi ſui ſententia diſcedere, & aliquid aſſerere vel ſcribere contra id quod legitimè ſentit, ac præſertim ſi illum euulgauit ſenſum; ſi tamen adeò infirmi ſit animi, vt cōpellatur a metu, alliciatur a ſpe, promiſſis &c. ad retractandam ſententiam, id voce amicis ſaltem, ſi non poteſt ſcriptis, indicet, ne alios in errorem inducat. Recole dicta *Animad* 24. *&* 47. *c.* 6. *opuſc.* 1. *Animad.* Sæpiſſimè difficillimum eſt ſanè ſcire, *An Auctor liberè, an verò coactè priorem retractauerit ſententiam, & an adhuc priori adhæreat*, maximè ſi iudicauerit ille ſe in certis circumſtantijs nedum poſſe, verū & teneri etiam magis laxā de licito Æquiuocationum vſu opinionem ſequi. Contingere quidem aliquādo poteſt, vt quis liberè omninò retractet opinionem, quæ fuit veriſſima, vt ſi quis Scriptor Catholicarum veritatum Hæreticas illis oppoſitas poſtea propugnet; vel ab aliqua falſa ratione, ſiue auctoritate deceptus, quæ ſibi poſtea occurrit, palinodia vtatur, quod & contigiſſe ipſimet *S. Auguſtino* aliqui animaduertunt.

30. PONO præferendas per ſe opiniones, quæ ex *profeſſo* traduntur, illis quæ *obiter*, *ac in tranſitu* proponuntur; *non ſolum quia* illæ ſolent

exa-

exactè, vel exactius ſaltem tradi ,*verùm etiam quia* Auctor aliquando concedit aliqua, vel negat contra mentem ſuam, eo quod *vel* parum ipſius interſit tunc illa concedere, aut negare, *vel* non ſit locus eam diſcutiendi ſententiam, &c. de quo recole dicta *Animad.* 32. *n.* 10. *opuſc.* 1. *Animad.* Non obiter vero, ac in tranſitu proponuntur opiniones, quę, licet haud verè locus proprius ſit illas examinandi, cum de alia agitur quæſtione, ab Auctore tamen aliquam vel leuem nacto occaſionem examinantur diligéter non minùs, quam aliæ. Non minoris tamen faciendæ opiniones quę, obiter, ac breuiter nõ rarò a Scriptoribus docentur, aut indicantur, quam quæ conſultò, & multis agitantur, *ſi ijſdē principijs ambæ innitantur*; ex ijſdem enim principijs, ex eodem medio termino, ex eadem ratione plures etiam diſparatæ concluſiones, adeoque opiniones, eruuntur non rarò. Id Auctoris *tum ingenij præſtantiam*, *tum prolixitatis fugam* indicat.

31. PONO præferendas opiniones, quæ in *libris ab Auctoribus Viuentibus* editis leguntur, illis, quæ in *libris eorum Poſthumis* occurrunt; nam fieri poteſt, vt ille eas, vt parerat, nõ examinarit, & in alias quandoque abiturus fuerit,

aut

aut illas omnino non perfecerit, ideoq; editionem diſtulerit. *Accedit*, quod ſi Auctor in Poſthumis retractet opiniones priùs ab ipſo euulgatas, id fingi potuerit ab illis, quorum opera, aut iuſſu poſt Auctoris obitum libri in publicũ prodierint, & hoc ad patrocinium ſuis ſenſib. dictis, aut factis celebris alicuius Doctoris auctoritate implorandum, aut vindicaudum &c. de quo legatur *Animad.* 30. *cap.* 5. *&* Animad. 31. *c.* 6. *opuſc.* 1. Animad. Plura nominatim *in Sanchez lib. Moral.* addita fuiſſe, quæ ab ipſo, vt pote multis ante annis defuncto, addi nequiuerunt, experientia ſatis declarat.

32. PONO pręferendas opiniones, quę *Ratione nituntur*, illis quibus ſuffragarentur *exempla Sanctiſſimorum etiam Virorum*, imò & quandoque exempla Chriſti Domini, ac Apoſtolorum iuxta id, quod latè declaratum eſt *pon.* 32. *ac* 33. *Opuſc.* 2. *de Probabil. opin.* quę attentè legenda. Quibus addimus; potiùs *Doctiſſimorum Hominum, ac Piorum*, quam pijſsimorum, minuſque doctorum, vel imperitorum exempla ad aliquam opinionem ſtabiliendam inſpicienda; nam illi *magis rationis impulſu*, hi magis affectus perturbatione moueri ſolent. Huiuſmodi homines pijſsimi vulgo habiti, indocti tamen, ſæpiſsimè

BIBLIOTECA ... ROMA VITTORIO EMANUELE

piſsimè in multis errant, & vt plurimum ex incogitantia, interdum verò ex malitia quoque peccare queunt;& ſi errores ſuos nolint corrigere, licet a viris ſapientibus edocti, iam haud inter verè pijſſimos recenſendi ſunt, ſed potius inter ſuperbos Luciferi ſectatores. Pietatis a doctrina ſeiunctæ exempla ſæpè multum nocere queunt ad rectè, ac ſincerè de virtutibus, ac vitijs iudicandum. Prudentiſſimus quiſque per ſe tenebitur,tanquam prauam materialiter ſaltem,actionem damnare illam, quam diſcrepare viderit a regulis honeſtæ actioni communiter præſcriptis, ſi illa ſit viri, qui vulgo æſtimetur valde Pius, ſed Litterarum plane rudis; *Quam tamen, ſi ſit viri valde docti,aliàs timẽtis Deum, approbabit tanquam rectam, vel certè nõ tãquam prauam damnabit*, eò quod norit doctiſſimos viros, ac verſatos in celeberrimis Auctoribus *multa ſibi poſſe licita reddere, imò aliquando debere, quæ idiota*, vel *qui nonnihil ſolùm e ſcientiarum fontibus hauſerunt, illicita eſſe putant, imò euulgant*.

33.PONO Præferendas opiniones,quę ſine vllis *Verbum Figmentis,aut Fucis,* proponũtur, illis,quæ *Paradoxorum* nomine inſcribuntur; *tã quia* aliquod ſuperbi animi videri poteſt argu-

mentum profiteri contra cæterorum morem ſcientificorum, velle inopinata, ac admirabilia proferre; *tum quia* ſæpè hæc inſcriptio huiuſmodi opinionibus non poteſt accomodari; *tum quia* leuibus quibuſdam rationibus interdum hæc inopinata ſuadentur; *tum quia* multoties eadem proponunt, ſed alijs verbis, quæ cæteri; *tum quia* ſæpè parum periti decipi queunt. Non negandum tamen, quin aliqua ex his in Moralibus nominatim Diſciplinis (haud dico in Chriſtiana oratoria facultate, nam illa per ſe ibi reijcienda, vt dictum eſt *Animad.* 18.*c.*9.*opuſc.*1.*Animadu.*) animum ad ſublimia erigant, acerrimumque illorum, qui ea probant, ingenium prẹferant; qualia ſunt pleraque *Stoicorum* Paradoxa; de quibus *Animad.* 21.*c.poſt.opuſc.* 3. *Animadu.*

34. PONO præferendas per ſe opiniones, quæ magis ad *Definitiones* accedunt; hæ enim videri queunt *Primæ Regulæ, quibus concluſionum veritates* metiri debent ſcientifici. Cum autem in *Definitionibus*, vel in earumdem *Definitionum* explicatione, diſſentiant ſæpiſſimè Scriptores, *illis per ſe ſtādum opinionibus*, quę ex definitionibus communibus, ac receptis iam vnanimiter à ſapientibus, vel ſaltem illorum pleriſque deducun-

ducun-

ducuntur;ac *prępopenendæ* ſimiliter illæ, quæ eruuntur a magis communi,ac recepta, inter antiquos præſertim, vocum, quæ reponuntur in definitionibus,acceptione. Multa equidem digni laudi forent ſcriptores illi,qui ex *Definitionibus* v. g. *Ariſtotelicis ſolutiones quæſtionum Peripateticarum* ferme omnium colligerent, ex *Theologicis Theologicarum &c.* Nec minorē conſequeretur laudem ille, qui in Græca verſatiſſimus lingua Græcum *Ariſtotelis, Hippocratis, &c.* textum in multis corruptum ad vetuſtiſsima exemplaria corrigens, vel Latinas verſiones exactiſsimè emendans,indicaret ſenſus mēti *Ariſtotelis,Hippocratis, &c.* diſſonos, in quos abierunt tot Philoſophi, Medici &c. Inſcribi poſſet hic liber, *Ariſtarcus Ariſtotelicus, Hippocraticus &c.*

35.PONO præferendas per ſe opiniones,ex quibus *minora incommoda* verè (nam hæc,ſicuti & bona,fingi,vel amplificari queūt) *ſequuntur*, aut *maiora commoda* profluunt; Non eſt autem facile fides habenda nonnullis, qui praua animi perturbatione agitati iſta commoda,vel incommoda proferunt,maximè cum illa maiora, aut minora importari queāt pro varietate circumſtantiarum temporis,loci,perſonarum &c.

Recolantur dicta *pon.35. op.2. de Probabil. op.* Non deerunt tamen callidis, & aſſentatoribus quibuſdam ſcriptoribus ſophiſticæ rationes, quibus minus peritis ſuadeant, licet apertiſsima videantur mala conſequi ex tali opinione, quæ valde aliquorum voluntati, ac ſenſibus, commodiſque obſecundat, fore vt ſint longè minora alijs, quæ orirentur, ſi contraria executioni mandaretur.

36. PONO præferendas per ſe opiniones illorum, qui *libros ediderunt*, ijs quæ prolatæ ſunt a viris, qui libros non ediderunt; nam illæ *approbationem aliquam, & publicam* habent. Haud tamen negandum eſt, quin ſępe multis, qui libros publicæ luci non expoſuerunt, maior ſit habenda fides, vt pote in doctrina præſtantioribus, quam pluribus ſcriptoribus, qui nihil verè dederunt in manus hominum ipſorum intelligentia dignum, magiſque honori ſuo conſuluiſſent, ſi librorum euulgandorum cupiditati frenos inieciſſent; præſertim cum ſint non pauci, qui ex pronunciatione, ſiue actione vocem, ac geſtum comprehēdente, vel e nudo ſermone tantùm laudem reportent, quam non reportarent, ſi iſta, quæ ore proferunt, ſcripto commendarent; experientiaq; patet, ſcripta, libroſ-

que

que iacere in Bibliothecis alto obrutos puluere aliquorum, qui in Cathedris, vel in priuato domo ſiue docentes, ſiue conſilium præbentes &c. ingenti, & copioſiori præ alijs, quorum libri per omnium manus vagabantur, auditorũ, aliorumq; accedentium corona cingebantur. *A quibuſdam certè doctrina inſignibus* Viris libros haud editos videmus; *vel quod* intempeſtiua morte fuerint præoccupati; *vel quod* extremam manum lucubrationibus adijcere non potuerint, *ſiue* qui emendandi finem nunquam fecerunt; *vel quòd* aliquorum laudes Scriptorum ſe conſequi poſſe deſperarint, cum tamen non modica etiam *laus ſit in ſecundis, vel tertijs conſiſtere, ſi primas paartes* quis tenere non poſsit; *vel quia* inuidi, auarique ad aliorum vtilitatem ſuę opes intelligentiæ (in quo errare potuerũt, tum *cõtra Charitatem* vniuerſę hominum ſocietati debitam, tum *contra Iuſtitiam*, vt aliqui ſentiunt) conferre noluerint; *vel quia* abiectiſsimi fuerunt animi, eam nihil, faciẽtes gloriam, quã immortalem nobiles rerum ſcriptores conſequuntur, cum tamen famæ appetitus, ne dũ cũ quis viuit, verum & poſt mortem ſit per ſe laudabilis, vt *pono* 4. *&* 5. *opuſc. de Iure Tuendi famam, quod habet etiam quicumque Clericus, & Re-*

gularis oſtenſum eſt. Cum autem ſoleat quicũque magis præmeditari illa, quæ *calamo* deſcribit, quam quæ *voce* profert, & quę *prælo* ſubijcit magis, quam quæ calamo tantùm committit; Hinc eſt, vt per ſe magis amplectendæ ſint opiniones, quæ ab eodem Auctore *typis commendatæ leguntur*, quam quæ ab illo tantum ſcriptæ; & *magis hę*, quam quæ voce dumtaxat prolatę. Oportet autem, vt illę ſint editæ Auctore *iubente*, ſiue *volente*, aut ſaltem *non renuente*.

37. PONO præferendas per ſe opiniones, *quæ ſæpiùs editæ*; nam hæ videntur *approbatæ magis*. Attendendum tamen 1. *Aliquos* omni contendere ſtudio, vt aliquæ opniones minùs ſuis placitis, commodiſq; fauentes iterum non imprimantur, illis verò fauentes ſæpiùs, ac pluribus in locis edantur; quod facillimè præſtare poſſunt illi, ac præſtari poterit per illos, in quorum eſt poteſtate facultatem tribuere imprimendi, vel negare. Ideoque *poterit quandoque opinio vna ſemel impreſſa, & approbata a viris pÿſſimis, ac ſapientibus præferri opinionibus* centies, & ampliùs impreſsis 2. *Aliquos poſſe* cũ Bibliopolis in orbe Chriſtiano conſtitutis *frequens cõmercium habere, eorumq; beneuolentiam varÿs artibus, & maximè lucroſis* ſibi conciliare, vt ipſo-

rum

rum libros ſæpiùs recudant, quos facilè etiam vendibiles reddant, eò quod multis ſuadeant, multoſq; etiam cogant, qui ſub eorũ diſciplina ſint, ad eos emendos, eorum præſtantiam ante cæteros, excellentiamque prædicantes, exaggerantes, & ita ſuperbè amplificantes, vt cæterorũ nulli illis cõparari queant, illi ſint cuiuſq; prorſus ſapientiæ fontes &c. Quid ſi hi operam etiam ponerent, ne libros Bibliopolæ non ederent, vel non recuderent, vel ſupprimerent, qui minùs ſibi gratas opiniones exponerent? An hiſce de cauſis minùs probãdæ opiniones, quæ rariùs impreſſæ? Legantur dicta *Animad.* 49. *c.* 4. *&* 12. *cum* 17. *cap.* 7. *Opuſc.* 1. *Animadu.* Non multi quidem æſtimandæ *Opiniones multæ*, quæ ſæpius typis demandatæ, & a pluribus aſſertæ in illis ſæculis, quæ dicuntur fœcunda veteratorum hominum, & qui ad aliorum nutum, ſiue imperium loquuntur, a quib. maximè præ alijs ſperare poſſunt ingenia ſibi, vel ſuis commoda, &c. Sicuti *S. Aug. ep.* 174. de quodam loquẽs dixit, *Videris vtrum veritate, an clamore vceris*; ſic nonnulli de nonnullis dicere meritò etiam queunt, *Viderint Viri Pij verè, Docti, Prudentes, ac nulli coram Deo addicti parti, Vtrum hi multitudine Scriptorum, frequentia impreſſionum Vicerint,*

aut *Vincant*, an *Veritate*. Eruditiſsimis viris patere poteſt, aliquorum librorũ, ac maximè antiquiorum, in quibus ſapientiæ, ac eruditionis verè ſingularis Theſauri latent, *Vel non vigere memoriam apud plurimos, Vel per rara extare exemplaria*, cum tamẽ plurimi, qui præ illis aut nullo, vel leuiſsimo habendi forent in pretio, *per omnium manus vagentur, ſapiùs recudãtur &c.* Summa omnium Moderatoris prouidentia factum eſt, vt ſaltem *libri a SS. Patribus antiquioribus conſcripti complures* ſæpiùs editi fuerint, e quibus ſolis meritò haberi poteſt, *An aliqua opiniones* ſint reijciendæ, probandæ &c. & *An Theologorum pracipuè quorumdam ſententia*, quas ſtabilire conantur locis quibuſdam Scripturæ, *SS. Patribus* illa interpretantibus cohęreant, in ſenſus *horum* dictis SS. vel non congruos, vel etiam diſſonos fidelium mentes inducant &c. *Expediret quidem totius Eccleſię bono*, & ad prauos quoſdam ſenſus a plurimus fidelib. repellendis, vt *quidam libri ex antiquioribus ſapè, ac ſępiùs imprimerentur, ſed fideliſſimè.* Nunquam ſimus ita Deo exoſi, vt ille permittat, quod nõnullorum dolis antiquiſsimi quidam libri in omni ſcientiarum genere, vel ex hominum memoria deleantur, vel nonniſi deprauati, corru-

ptique

ptique in nonnullis, quæ aliquibus minùs placerent, ad nos, poſteroſue noſtros perueniant. Qui id tentaret circa libros ad Religionē præcipuè ſpectātes (haud loquor de illis, qui ſcripti ſunt circa illam ab Hæreticis, qui dānati fuerunt a legitimis Concilijs, ſimilibuſque &c.) non ſe Catholicum re ipſa declararet. An non hic ſaltem *tanquam ſuſpectus, & vehementer, de hæreſi* accuſari, puniri que poſſet? Mirantur aliqui, quod illi, qui contēdunt, ne aliqui libri imprimantur, aliqui ſupprimantur, aboleātur &c. non damnentur tanquam ſuſpecti de hæreſi, vt pote impediētes progreſſum Religionis, Fidei &c. cum propter leuiores cauſas aliqui tanquā ſuſpecti de hæreſi notentur, accuſentur &c. Nō immeritò illi quidem; *addunt alij* Verùm antea videndum foret, an recipienda huiuſmodi accuſatio &c. Ego ſolum aſſero, non eò quod *aliquæ opiniones ſæpiùs editæ, fieri, vt modò ſint abſque diſcuſſione ſimpliciter alijs præferendæ*.

38. PONO præferendas per ſe opiniones, in quas *conſpirarunt diuerſarum, oppoſitarumque Scholarum,* ſiue *Sectarum ſcriptores*; cum enim ij compluribus alijs diſſentiant, ſi in quibuſdam conſentiant ſententijs, ſatis probabile videtur, quod non niſi veritate coacti in illis conueniāt,

adeo-

adeoque in his veritatis lux magis fulgeat. Veriſsimum tamen eſt, quod ſi Scholę, ac Sectę in Principijs nonnullis conueniant, in omnibus conſecutionibus nequeant diſcrepare: Diſcrepabunt quidem in multis ſaltem, ſi eadē Principia diuerſo modo intelligant, ita vt voce tantum, non autem in eorū ſenſu congruant. Quod ſi proprijs cuiuſque ſcholæ, ac ſectæ vel celeberrimi cuiuſque Auctoris Principijs aliqua conclusio firmetur, quęnam falſitatis machinę, quinam Sophiſmatum cuniculi illam concutere poterunt? *Sic etiam opiniones*, in quas conſpirant plures populi, pluresq; nationes cum ſuis ſapientibus *cæteris parib.* præferendæ illis, quibus adhærent pauciores populi &c. Si verò in aliquas cōſpirēt omnes ferme populi, nationes &c. *eſt ferme euidens Veritatis argumentum*. Illud quidem verum eſt; ſicuti plures ſcientiæ, quæ circa idem *obiectum materiale* conueniunt, diſcrepant tamen in *formali*, ſiue medio termino, ac in principijs; ſic plures, imò omnes fere populos, ac nationes cū ſuis ſapientibus poſſe conuenire in aliquo obiecto affirmando, vel negando, diſcrepare tamen in *ſtatuenda quidditate, in decernendis proprietatibus* illius obiecti, &c. Quod euenire quoq; videmus in ijſdem plane

ſcien-

ſcientijs; nam licet *Peripatetici* conueniant in concedenda *Materia prima, quæ ſit ſubiectum &c.* alium tamen conceptum de illa habent qui tribuunt illi *existentiam diſtinctam ab existentia formæ*, & qui illam negant &c. De Deo non habent eumdem conceptum *Scotiſtæ* admittentes in illo *Formalitates* diſtinctas nemine cogitante, & *Thomiſtæ*, alijq; illas reijcientes &c. Quod licet in plurimis Theologicis quæſtionib. quæ videntur ſpectare ad fidem, ſiue habere connexionem cum illa, eueniat; id tamen non obſtare vnitati *Catholicæ fidei* cẽſemus, cum in *omnibus obiectis primarijs* materialiter ſaltem ſumptis conueniant omnes Theologorum Scholæ, omnes fideles &c.

39. PONO præferendas per ſe opiniones, quæ ex *Proprijs*, ſibi *Principijs* in qualibet ſcientia deducuntur; ſic enim & inter ſillogiſmi perfectiſſimi, ac perfectioris præmiſſarum conditiones Logici communiter poſtulãt, quod illæ ſint *ex proprijs*, ſiue non deſumptis *ex locis Communibus, ac Topicis*, ſiue *ex Principijs non Communibus* alteri ſcientiæ, ſi tamen non ſit ſcientia ſubalternata. Quare probationes deſumptæ a paritate, ſiue ſimili, minùs efficaces ſunt, quam quæ e proprijs deducuntur: Et *Nicolaus* quidem

Vige-

Vigelius clariſſimus Iuriſconſultus in Dialect. lib. 2. in loco A ſimili approbare videtur id quod initio cap. 25. lib. 1. de Inuent. *Rodulphus Agricola* ſcribit. *Omnium locorum, e quibus ducuntur argumenta, nulli ferè minus eſt virium contra renitentem auditorem, quam ſimilitudini &c.* Vt vim hæc habeant, neceſſe eſt vt eadem plane ſit ratio, quæ ſi oſtendatur diuerſa (hæc ſæpè intimam cuiuſque materiæ, in qua opiniones verſantur, naturam perſpectã habenti aut circumſtantias cuiuſque attendenti facilè occurrere poteſt) corruet argumentatio. Plures tamen occurrere poſſunt opiniones, quæ non niſi ex paritate probari queunt; Quò magis autem eadem ratio vrgebit, eò maiorem vim habebit argumentatio ad eam ſuadendam opinionem; poteſt autem vna ratio eſſe vniuerſalis, ac generica multa comprehendens, licet fuerit iam ſolùm ad quædam coarctata; adeoq; verè dici poterit *comprehenſiua*, non *extenſiua, &c.*

40. PONO præferendas opiniones, quę cenſentur a ſapientibus tum *Speculatiuè*, tum *Practicè Probabiles, Certæ &c.* ijs quæ dicerentur, vel *ſpeculatiuè* ſolùm, vel *practicè* ſolùm *probabiles, certę &c.* illæ enim duplicis, ſi ita loqui fas eſt, veritatis laudem obtinent, hæ vnius tantummodo:

modo: Sic etiam *præferendæ*, quę ſimul ſunt euidentes *Phyſicè*, ac *Mathematicè*, illis quæ tantum vel *Phyſicè*, *vel Mathematicè* ſunt euidentes &c. Sic opiniones Morales, quæ probantur ex principijs tum *Iuris Canonici*, tum *Iuris Ciuilis*, tum *Theologiæ*, per ſe *præferendæ* illis, quæ probarentur tantum ex Iure Canonico, vel Ciuili &c. Oportet autem, vt hæ probationes non ſint leues, vt quibuſdam accidit opinionibus; nam ſecus vna ratio efficax vel ex Iure Canonico, vel ex Iure Ciuili, vel Theologia illarum omnium infirmitatem declarabit; maioriſque apud peritos debebit eſſe ponderis illa vel vnica, quam plurimæ e pluribus ſcientijs futiles, quæ quandoque etiam incogruis *S.ᵗᵉ Scripturæ* ſenſibus contra illius dignitatem exornatæ a nonnullis exhibentur.

Finis Primi Opuſculi.

Pag. 18. lin. 7. quare *Hinc* p. 23. l. 15. ea *eo* p. 27. l. 22. *præteritos* adde, *qui piam aliquantum vitam duxerit*. p. 31. l. 15. ſolùm *præcipuè* p. 65. l. 1. laouam *laruam* p. 84. l. 25. & 26. a quadrageſimalibus cibis non abſtinent, *quadrageſimalibus cibis non veſcuntur* p. 99. l. 8. aliquod *aliquot*

Digitized by Google

126 = 7.

IVLII CLEMENTIS
SCOTI
COMITIS PLACENTINI &c.
IN PATAVINO GYMNASIO

Extraordinariæ Philoſophię Profeſſoris

DE AVCTORIBVS

Generatim Seligendis

OPVSCVLVM SECVNDVM.

De Auctorib. Generatim Seligendis.

1. PONO præferendos *per ſe* ex Auctoribus illos, *qui CATHOLICI ſunt*; nam horum intellectus non tot prauis animi motibus agitati, ac ſuperiori præſertim lumine illuſtrati faciliùs, ac ſine minori errandi periculo naturales etiam veritates cognoſcũt; de quo recole dicta in fine *pon.* 35. *opuſ.* 1. *de Probabil. opin.* Licet autem *Hęretici* Scriptores ſint per ſe minori in pretio habendi:

ANIMADVERTENDVM TAMEN EST

I. *Catholico cuilibet*, ne vllos appellet Hæreticos, niſi plane id ſibi conſtet 1. *Quia* eſt grauiſſima ferme omnium iniuria, quam *Sanctiſſimi quoque homines cęterà manſuetiſſimi a ſemet repellere* conati ſunt; *famamque inde ablatam tenetur quilibet detractor, etiamſi deceptus fuerit*, cum primò verè illam contra aliquem euulgauit, *quantociùs, & quoad eius fieri poſſit, reſtituere*; Quod cum perrarò videatur præſtari, licet ſit frequentiſsimum *huiuſmodi Detractionis* crimen, argumento id eſt certiſſimo, *vel Catholicos*, qui de hac culpa non ſe accuſant, *vel Parochos, & Concionatores*, qui huiuſce criminis fœditatem, obligationemque euellendi opinio-

nionem prauam, quam quis aliorum mentibus inſeruit, non populo manifeſtant, *vel Confeſſarios*, qui, antequam re ipſa reddatur fama, abſolutionem impendunt, ſi maximè habuerint experimentum, quod pœnitentes ſibi datam fidē fallant, ſempiternas, eaſq; acerbiſſimas luituros pœnas. 2. *Quia* fieri poteſt, vt illæ opiniones, quas e Catholicis Doctoribus multi putant eſſe de fide, ſint reapte hæreticæ, iſtudque vitium poſtea (quod iam non ſemel accidit) deprehēdatur. Etiam vbi *Greg.* 7. primus ex Pontificibus (vt notat quoq; *Onuph. Panu.*) cæpit Principes ſuis priuare imperijs, ſententia aſſerens id fuiſſe illi licitum, tanquam *noua*, & quaſi *haeretica* exiſtimata fuit, vt notant periti ex *Sigeb. Chr. ad annum* 1080. *& Anſel. Gemblac. Abb. & Auct. Hiſt. Abb. Gemblac. &c.* Poſtea tamen ea inualuit opinio, vt ferè hæretica putaretur ſententia, quæ Dominium etiam *directum* Pontifici in bona Principum temporalia non concederet. Acceſſit poſtea opinio negans illi *directum*, concedens autem *indirectum*; quæ modò eſt inter Catholicos controuerſa. Concedenti, ac neganti *Indirectum* ſui non deſunt Patroni. Similis mutatio facta eſt in Opinione *de Concept. B. V.* alijſq; vt peritis patebit; de quo legantur di-

cta *pon.25. opuſc.1.de Probabil.opin.* Illi enimuerò, quos nos Catholici hæreticos appellamus, nobis eamdem maculam inurunt: Nec negari poteſt, quin in aliquibus ad fidem quoque ipsā ſpectantib. errare queant Catholici, qui tamen haud hæretici dicendi erunt, cum pertinaces haud ſint, & ſi ipſis falſitas indicaretur, illi diſſentirent. Quod idē an aliqui ex illis, quos nos meritò hæreticos appellare videmur, pro ſe afferre poſſint, itaque excuſatio tanquam legitima ſit accipienda, viderint alij. Recole dicta *pon.1.n.10 Opuſculi antecedentis* Præclarè quidem *S. Ambroſ.* interpretans illa *Apoſtoli* verba *c.1. ep.2. ad Timoth. Gratias ago Deo, cui ſeruio a progenitoribus in conſcientia pura*, quo modo? *in conſcientia pura*, inquit; *Sic .n. aliquando perſecutus eſt Eccleſiam, vt Dei amore hoc ageret, non maleuolentia.* Quæ doctrina an accōmodari queat non paucis hæreticis, ac ſimilibus, qui aliquib. fidem habent, eo quod ſibi ſuadeant illa Deum reuelaſſe, aliquibus verò fidem non habent eò quod ſibi ſuadeāt, humanas eſſe traditiones, viderint peritiores. Certè *Card. Toletus* vir Sapiētiſſimus in *Inſtruct. Sacerd. lib.4. c.3. n.7.* ait, *Si ruſticus circa articulos credat ſuo Epiſcopo proponenti aliquod dogma hæreticum, meretur in creden-*

do, licet ſit error, quia tenetur credere, donec ei conſtet eſſe contra Eccleſiam. Quidni idem de multis ruſticis, idiotiſque degentibus apud eos, quos hæreticos nos appellamus, aſſeri poſſit? 3. *Quia* experientia liquet, ignominioſa hac voce alios faciliùs notari ab *indoctioribus*, & qui *altè pręter fas de ſua ſentiunt ſapientia, ac ſe omnium magiſtros putant*, aut *quicquid Auctoris*, quem in delicijs habent, vel quem vt Ducem ſequuntur, vel ſolùm euoluunt, *dictis aduerſari cognoſcunt*, illico a recta Catholicę Veritatis ſemita deflectere imprudenter, ac impudenter arbitrãtur. *Vtinam* pateat nunquam, aliquas opiniones liberè admitti, licet fidei Principiis minus conſentaneas, eo quod nonnullorum amplificent auctoritatem, ac poteſtatem, remq; familiarem, aliquas reiici, aut interdici, quamuis Euangelio, Apoſtolorum, Sanctorumque Patrum dictis quam maximè conſonas, eò quod illam extenuent. Nouum equidem Euangelium aliqui videntur condere, vel ſaltẽ exiſtimare a Chriſto, & ab Apoſtolis tradita, ſibi haud eſſe tradita, ſed diuerſis ſpecie hominibus, pœneq; incognitis, cum tamẽ illis vel maximè, vel ſolis tradita fuiſſe vnanimis etiam SS. Patrum conſenſus habeat. Idem Euangelium, idem Ieſus eademq;

demq; fides ſemper fuit, eritque. Legantur attentè tradita *anim.43.cap.4.op.2. Anim. 4 Quia* hæc vox ſæpiſſimè profertur a nonnullis ad *inuidiam, odiumque in alios excitandum*, eò quod minùs ſuis ſenſibus, ac opinionibus faueant, ſuis commodis, ac præpoſteris animi propenſionibus obſecundent, publica aliquorum vitia liberè reprehendant, &c. cum tamen *hi re ipſa ſint bene morati*, ac *pij verè Catholici, ad ſanguinem etiam profundendum paratiſſimi pro illis, quæ Catholicæ fidei Dogmata eſſe conſtat*; neque enim ex eo quod Theologi omnes Itali, Hiſpani, Galliue Vnanimes ſint in aliqua opinione aſſerenda, fit hoc ipſo, vt contraria ſit hæretica, vel erronea, multoque minùs ſi Galli, Gallicanaque Eccleſia ab Hiſpanis, Hiſpanicaque Eccleſia diſcrepent. Haud in *Apoſtolico Simbolo* fidelibus proponitur *Credere Eccleſiam* Hiſpanã, Gallicam, Romanam &c. Sed *Sanctam Eccleſiã Catholicam*. Non ſemel patuit, aliquos qui temporalia nonnullorũ bona occupauerant (quod an merito potuerint illi efficere, examinẽt alij) ſtatim hæreticos fuiſſe appellatos, variaſq; fuiſſe ſcriptas litteras ad multos, ne illis fauerent, eo quod hæretici forent; reſtitutione tamen facta Catholicos ſtatim appellatos &c. Alicubi

etiam Hæretici, Schiſmatici vulgo appellantur quidam, quod quædam ad politicum ipſorum regimen ſpectantia à nonnullis in ſua ditione fieri non permittant, cum tamen ſi permitteret, poſſent nec leuiter, contra iuſtitiam quoq; peccare, vt traditum eſt *pon.* 14. *Opuſc. preced.* Qui iſtos viciſſim appellarent *Mercenarios, fures, latrones, Sponſæ venditores, Primos in Chriſti perſecutione, ſimiles Lucifero, imò illo peiores, ſeruientes Antichriſto imò Antichriſtos, Diſperſores, & Laceratores ouium Chriſti, Depredatores cęleſtis Curiæ, mittentes in gehennam ignis eos, qui ad ipſos accedunt*, & alia ſimilia proferrent, quę inter cæteros *S. Bernardus, & S. Brigitta* protulerunt apertè, obuia cuique Legenti; non ne forſan redarguerentur ab illis, imò acerrimè punirentur, ſi id in ipſorum poteſtate foret, eò quod grauiſſimam ſibi fieri iniuriam arbitrarentur, licet hi haud ipſos nominatim, ſed plurimos tantum, ac generatim comprehenderent? Et iſti licere ſibi arbitrantur homines de Chriſtiana Republica, ac Religione Catholica optimè meritos, eo quod nolint ſuis minus æquis indulgere cupiditatibus, ac ſenſibus, turpiſſimo hæreticorũ, ac ſchiſmaticorum nomine notare? *O quam opportunum Eccleſiæ commodis foret* inquirere, dili-

geri-

genter in eos,qui hoc nomine abutuntur,& niſi in poſterum ſuauiter moniti ab hac ſe abſtinerent, acerrimas illis infligere pœnas, tanquam *Chriſtianæ Pacis, & Tranquillitatis perturbatoribus*, ſuſpectiſque vehementer de fide, eo etiam nomine,quod velint *fidei aſſeſum* præſtari illis, quæ nõ conſtat eſſe de fide. Temporales enimuero pœnas poſſet ſæcularis Princeps in hoc peccantibus decernere[1], ſi de facto conſtaret: Falſum ſit omninò id quod aliqui dictitant,*Nõnullos prout ſuis commodis*(quæ ſi demeris,*aiunt*, pauciſſimos appellabunt hęreticos,aut vt tales punient, puniendoſue curabunt) *expedire viderint, hæretici notam alijs inurere*; & cùm parum laborent de Chriſtiani Populi tranquillitate, *nolle re ipſa, vt certò ſtatuantur aliquando multa*, quæ controuerſa ſunt inter Chriſtianos,nec adhuc legitimè definita, vt ſciatur certò,quinam meritò hiſce nominibus ſignificentur;*nam partim verentur, ne in multis iam ſuæ poteſtati detraheretur,partimq; libere hęretici,ac ſchiſmatici nomen alijs indere volunt,& per ſuos adminiſtros ſuadere populis,quod hi tales ſint,vt pro arbitratu ipſorum populi ſuis ſuperioribus parere detrectent, vel etiam arma contra eoſdem ſumant,maximè ſi hi vellent, vt aliqui de nonnullis rationem redderent*.

Dixerint hæc ſagaciſſimi intimorum conſiliorum ſcrutatores; *qui tamen decipi queunt*. Ego quidem, vt in fine *pon.3. op.2. de Probabil. opin.* ſenſi, iterum ſentio ad reddendam Chriſtiano populo pacem, debitamq; animabus tranquillitatem (equo fieret deinde, vt Chriſtiani arma in Crucis Chriſti hoſtes conuerterẽt facillimè, regnaque plurima turpiſſime ab illis occupata propter Chriſtianorum in Religione ipſamet diſſidia facillimè ẽt recuperare poſsẽt) fore cõſultiſſimũ Chriſtianæ Reipublicæ, certa de *Fide*, ac *plane inter Catholicos indubitata ſecernere ab alijs, eaque ſimul reponere, publicique iuris facere*; hinc enim liquido, *quinam hereticus, & quinã non*, haberi poſſet. Interim cuperem, vt ſtatueretur, *Quænam ſint habenda ab omnibus plane fidelibus Concilia Generalia legitima*; nam de aliquis poſtremis ſaltem, licet in Conciliorum Generalium tomis habeantur, nõ eſt certa ſententia etiam inter illos, qui Romanæ Sedi cæteroqui fuere, ac ſunt addicti. Aliqui enim pro legitimis habent *Concilium Conſtantienſe, & Cõcilium Baſileenſe*: alij apertè tãquam ſpuria reijciunt illa. Plerique admittunt *Florentinum*, vt Generale: non deſunt qui in cõtraria ſtant ſententia, vtpote cui interfuiſſe dicantur ſolùm ita

Itali Præſules,nonnullique Græci. An poſtremũ *Lateranenſe Concilium* fuerit Generale,multi dubitãt.*Suſpicati* ſunt etiam aliqui,nec temerè,vt ipſis viſum eſt,*An Tridentinum* fuerit Generale, ac legitimum; *Tum quia* Decreta multa, ſummique ponderis edita ſunt(quę nec poſtea in pleniori Concilio confirmata &c.) cum non tot adfuiſſe dicãtur Eccleſię Prelati ex iure, & more quot exiguntur ad Concilium Generale;nam *ſeſſ.*4.in qua de *Canonicis libris &c.* ſolũ ex Epiſcopis, & Archiepiſcopis 50. e quibus aliqui etiam dumtaxat Titulares; *ſeſſ.*5.in qua de *Pecc.Orig.*ſolum 58. *ſeſſ 6.* in qua de *Iuſtificat.* ſolùm 57.adfuerunt; *Tum quia* non omnium Epiſcoporum vota fuiſſe penitus libera, ſanè fama fuit nec vulgaris. *Dubitatio* acceſſit; *Tum* ex impreſſa Epiſtola ad *Maximilianum II. Dudithÿ Epiſcopi Quinque Eccleſienſis in Tridentina Synodo Oratoris Cæſarei, atque totius Vngharici Cleri*; Epiſtola etiam *Cardinalis Lotharingi ad Pontificem Pium IV. anno* 1563. Nec nõ *Gallicanæ Eccleſiæ, ac nonnullorum, ne dum Germanorum,Hiſpanorũ quoq;Epiſc.*ſenſu: *Tũ* ex Prę fatione libro *Cardinalis Turrecremata de Cõcep. B.V.* edito Romæ anno 1547. hoc eſt poſt decreta *de Pecc.Orig. a Concil.Trid.* anno 1546.17.

In-

Iunij, conſentiente, & fauente *Paulo* 3. præfixa a *Fr. Alberto Diuinio de Catharo Ordin. Prædicat. Theologiæ Profeſſore, & in Sapiētia vrbis Romæ Diuinæ Speculationis interprete*, è ſententia etiam ex eodem Ord. *Bartholomæi Spinę Sacri Palat. Magiſtri & Cardinalis Ioannis Aluari de Toleto* expenſis &c. *Tum* e quæſtionibus multis, & apud Theologos modo etiam celeberrimis, quæ in libris etiam edi is *circa ſenſum nonnullorum Concilij Decretorū ad fidem ſpectantium* agitatæ fuerunt a doctiſſimis viris, qui eidem Concilio interfuerunt. Quę *Dubitatio* confirmata eſt in pluribus, cum viderunt *illius Acta*, vt cæterorum Conciliorum Generalium, *nō fuiſſe promulgata*; multoq; magis, vbi *Hiſtoriam Tridentini Concilij* legerunt; cui non vnico idiomati donatæ per multorum manus vaganti quoq; *in Romana Curia* (quæ certè apud eam legentem in exiſtimatione nō leuem iacturam facit) cum adhuc non data fuerit reſponſio, quamuis hoc munus non vni doctrina illuſtri viro demandatum fuerit, pluresque annos in hoc negotio inſumpſerit, putant nonnulli vel omnia, vel pleraq; ſaltem in eo libro contenta eſſe veriſſima, adeoq; illius Decretis non eam habendam fidem verè, quæ communiter exigitur. Verùm cum hæc de *Concilijs*

ciliȷs dubitatio, vt *ſuggerũt aliqui*, tolli nequeat, niſi in aliquo Generali Concilio, eo vel maximè nomine, quod non eſt certum apud Catholicos, *Põtificẽ ſine illo poſſe aliquid ſtatuere ſpectãs ad Fidem, Bonoſq; mores Chriſtianos*, ita vt quilibet teneatur oris, mentiſq; aſſenſum, ſicuti cęteris fidei obiectis, ei præſtare, licet ob *iuſtas verè cauſas poſſit prohibere*, ne Chriſtiani ſibi ſubditi publicè ſaltem diſſerant de aliqua quæſtione inter Catholicos controuerſa; *Concilij* autem ſpes non ſit, vt ait etiam *Vict. Relect. 4. in fine 20. prop.* idq; vt ſubdit, *cum magna calamitate, & pernicie Religionis*: Ideoq; me voti compotẽ fieri non poſſe doceat a peritis: Quidni dolendũ acerrimè; quod aliqui conquerantur, *peruentum eſſe ad hac tempora, quibus nec vitia noſtra, nec remedia pati poſſumus*, vt *Liu. in princ. lib. 1.* ait; imò quod *Ann. Rob.* initio *c. 7. lib. 1. Rer. Iud.* in quo agit *de Penſionibus, & Reſignation.* Benef. cogatur cum *Plinio lib. 4. ep. 25.* dicere, *Quò te vertas, quæ remedia conquiras? Vbique vitia remedijs fortiora.* HÆC dicta ſint ad retundendas ſpetulantes nimis aliquorum voces nomen hæretici, Schiſmatici &c. leuiſsimis de cauſis, imò nullis ad alios ignominia notandos, & ad ſuas cupiditates alliciendos proferentium, quibus for-

forſan illud nomen aptius accommodari poſſet; Nam cæteroqui ſum magis propenſus in aliquas opiniones; ſed dum non ſunt illæ re ipſa propoſitæ, vt par eſt, de fide, non præſto illis aſſenſum, quem præſto obiectis, quæ ſunt certò definita, ne contra fidem ipſam peccem, nec id ſuadeo, nec ſuadere volò alijs, ne duplici crimine contra ipſam fidem me obſtringam; Licet poſſim ſuggerere aliquibus, ipſos interdum nō peccaturos, ſi facto interdum aliquibus obſecundent. Sicuti inter Chriſti martires ſunt reuera numerandi illi, qui pro definitis, certiſque omninò de fide mortē oppetunt; ita inter Diabol. martires eſſent reponendi, qui pro non definitis de fide, ſed inter Catholicos cōtrouerſis vitam deponerent, etiam læti, alacreſq; ſimiles illis, quos *S. Bern. in fine ſer. 66. in Cant.* affert; *Praterea* nonne homicidij (præter crimen contra fidē) reus haberetur, qui ſuaderet, vel conſilium daret, & multò magis qui moneret, mortem obeundam vltrò pro ijs, quæ non conſtat certò eſſe de fide, licet probabilius etiam foret, quod eſsēt de fide? Quid, ſi minùs probabile id foret? *Amicus omnium eſſe cupio, ET QVORVMDAM, ſi velint, PRÆCIPVE*, ſed VSQVE AD ARAS. Recole a me dicta in ſimili *pon. 22. op. 1.*
de

de Probabil.opin.in fine. ADDERE his placet; Immeritò nonnullos appellari hæreticos, de hæreſi ſuſpectos, vel alio minùs honeſto nomine ſign-ficari,qui publica aliquorum vitia (ſi maximè nullus peculiari nomine deſignetur, ac libris præterea non vulgari idiomate ſcriptis) generatim perſtringũt;ſecus enim damnãdi forent Sanctiſsimi ſuperiorib. ſæculis viri in Eccleſiaſtico Ordine etiam ſummi, qui ad publicam Chriſtianorum vtilitatem pertinere putarunt publica quoq; Eccleſiaſticorum, ac ex ijs præcipuorum etiam,vitia notare, ſeueriſque in illos verbis animaduertere.Legi poſſũt,quę inter cæteros habent *S.Greg.S.Ambroſ.S.Hierony. B.Petrus Dam. S.Saluian. S.Bonau. S. Catharina Sen.in Dial.* impreſsis *Ingolſtadij P.Soc.Ieſu* opera,& præcipuè *S.Brigitta* in *Reuelat.* Romæ impreſsis anno 1606. cum *Pauli V.* Pontificis diplomate (in harum Præfatione *Cardinalis Turrecremata* teſtatur, *Reuelationes illas a duob. Pontificibus, omnique Romana Curia poſt diligentiſſimum earum examen compertas fuiſſe authenticas, veritate plenas, & a S. Spiritu veraciter edoctas, proque ſaluberrimo fidelium Dogmate in S.Eccleſia perpetuò cum deuotione, & reuerẽtia ſtudiosè obſeruandas)* præſertim *lib.1. c.*41. & 48. *lib.*3. *c.*27. *lib.*4.

*lib.*4. *c.*49. 132.133.134.135. *&* 142.*lib.*6.*cap.* 96. *lib.*7. *c* 30. ac *S. Bernardus* (quem in litteris illius Canonizationis ad Prælatos Eccleſiæ Gallicanæ 1263. 18. *Ianuar.* datis *Alex.*3. ait *in vniuerſa Eccleſia Dei fidei, & doctrinæ lumine radiaſſe*, & poſtea ſubdit *S. R E tam vitæ merito, quã datę ſibi cælitus ſapientia ſtudio ſuſtentaſſe*) in *lib.* 4. nominatim ad *Eug. Papam de Conſiderat.* in Tract. de *Conuerſ. ad Cler* in Declam. ad illa verba *S. Petri, Ecce nos reliquimus omnia ſer.* 1. *in Conu. S. Pauli*, in Præfat. *vitę S. Malach. ſer. de Tripl. Cuſt. ſer.*23.33. *&* 77. *in Cant. epiſt.*42. *ad Henr. Sen. Arch. ep* 78. *ad Sugg. Abb. S. Diony. ep.* 153. *ad Papam Innoc. ep.*217. *ad eumdem ep.*235. *ad Papam Celeſt. ep.* 236. *ad totam Curiam Romanam ep.*290. *ad Dom. Hoſt. in ſer. ad Cler. in Conc. Rhem.* & in ſubſeq. ad *Paſtores in Syn.* qui duo ſermones licet aliqui affirment (quidam ignorant cauſam, propter quam id affirment, cum & ſtilum, ſpiritumq; S. Ber. redoleant) non merito fuiſſe olim huic *S. Viro* tributos, dicunt tamen *bonos eſſe, ac vtiles*. Neq. dixerit aliquis; *S. Bern.* ea priuatim protuliſſe; Non ſolum quia id falſum eſt in multis, verùm etiam quia ipſe cognoſcebat ea, quæ priuatim ſcribebat, & coram ſuis Fratribus loquebatur, litteris mandanda;

vnde

vnde paulò poſt initium ſer. 77. in Cant. Vbi illa protulit, *quem dabis mihi de numero Præpoſitorum, qui non plus inuigilet ſubditorum vacuandis marſupijs, quam vitijs extirpandis &c.* ſubdit; *ſine cauſa tamen vel his, vel illis immoramur, quia non audiunt nos. Sed etſi literis forſitan mandentur iſta, quæ dicimus, dedignabuntur legere; aut ſi forte legerint, mihi indignabũtur, quamuis rectius ſibi hoc facerent.* Ipſe tamen ſępè reddit rationem, propter quam recenſeat, ac reprehendat Eccleſiaſticorum, ſiue Pręſulum, Sacerdotũ, Clericorũ, ac Regularium crimina &c. Nam 1. in *fin. Apol.* ad Gul. Abb. ſic habet. *Quę in veſtris laudabilia ſunt, laudo, & prædico; ſi quæ repręhendenda ſunt, vt emendentur, vobis, & alijs ſuadere ſoleo. Hoc non eſt detractio, ſed attractio;* & paulo ante. *Enimuero vitia Carpens, ſcio me offendere vitioſos. Poteſt tamen fieri volente Deo aliquibus, quos me timeo exaſperaſſe, potiùs placiturum eſſe, ſed ſi deſinant eſſe vitioſi.* 2. in fin. ſer. ad Cler. in Conc. Rhem. ait. Cur *ego verecundor dicere, quod ipſi non verecundantur facere, imò quod Apoſtolus non verecundatur ſcribere, & prædicare &c.* 3. ep 2. ad Fulc. *Cur tantis circuitionibus* (ſe ipſum veluti reprehendens inquit) *ad veritatem ambimus, dum pudenda reuelare timemus? Dicam tamen, dicam cum*

pu-

pudore, quod multis cognitum occultare etſi velo, nõ valeo. Sed quare cum pudore? Vt quid me ſcribere pudeat, quod illos non puduit facere? Si pudeat audire, quod impudenter egerunt, non pudeat emendare, quod libenter non audiunt. 4 ep.7 ad Adam Monac. *Vereor diſplicere quibuſdã quod dicturus ſum; Cæterum mihi magis verendum puto, ne tacẽdo veritatem illam verſiculum non veraciter* Cantem, *Iuſtitiam tuam non abſcondi in corde meo. 5. ep. 42. ad Henr. Senon. Archiepiſc.* loquens de illis Prælatis, qui pluribus Eccleſijs, ac Prouincijs præeſſe cupiebant, hæc habet. *Huius rei gratia non pigritantur crebro terere limina Apoſtolorum,* inuẽturi & ibi, quod magis dolẽdum eſt, qui ſuæ faueant improbæ voluntati; non quod valde Romani curent, quo fine res terminetur, ſed quia VALDE DILIGVNT MVNERA, SEQVVNTVR RETRIBVTIONES. *Nudè nuda loquor, nec retego verenda, ſed inuerecunda confuto. Vtinam priuatim, & in cameris hæc fierent; Vtinam ſoli viderimus, & audierimus: vtinam nec loquentibus crederetur, vtinam nobis reliquerint moderni Noe, vnde a nobis poſſent aliquatenus operiri. Nunc verò cernẽte Orbe mundi fabulam ſoli taccbimus? Caput meum vndique conquaſſatum eſt, & ego ſanguine circumquaq; ebulliente, putauerim*

eſſe

eſſe tegendum? Quicquid appoſuero cruentabitur, & maior erit confuſio voluiſſe cælare, cum cælari nequiuerit: *Prius autem* in eadem epiſtola; vbi illa protulit, *Decetne Paſtorem* more pecorũ ſenſibus incubare corporeis, hęrere infimis, inhiare terrenis, & non potius erectum ſtare vt hominem, cælũ mente ſuſpicere, quæ ſurſum ſunt & quærere, & ſapere, *non quæ ſuper terram?* ſubdit; *Cæterum mihi* indignamini, vel ſi nutum facere audeam, iubentque ori manum apponere dicentes Monachum, qui non habeam iudicare de Epiſcopis: & protinus addit, *Vtinam, & oculos* mihi claudas vt nec cernere poſſim, quæ contra dicere prohibes. *Magna verò præſumptio, ſi ouis cum ſim, in ipſum paſtorem meum lupas ſæuiſſimas vanitatem, & curioſitatem irruere cernens infremuero, quoad meum fortè balatum cruentis beſtijs a quopiam occurratur, & ſuccurratur perituro. Quid facient de me, qui ouicula ſum, quæ & in ipſum paſtorẽ tanta feritate inſiliunt*. Et quidem ſi non vult, vt clamem pro ſe, *nunquid non & pro me balare licebit?* Sed etſi ego ſileo, ne ponere videar in cælum os meum, *clamatur tamen in Eccleſia*, non *in veſte ſpecioſa* &c. ac paulò poſt, *Hoc me etiam tacente*, & ſi non curia Regum, tamen penuria pauperum clamat. Sileat licet fa-

ma, ſed non fames. Fama quidem ſilet, quia nõ poteſt mundus odiſſe vos. Nam quomodo arguet mundus peccatum, a quo potius laudatur peccator in deſiderijs animæ ſuæ, & iniquus benedicitur? *Clamant verò nudi, clamant fameli- ci, conqueruntur* & *dicunt*, Dicite Pontifices, in freno quid facit aurum? &c. *Noſtrum eſt, quod effunditis, nobis crudeliter ſubtrahitur, quod inaniter expenditis, &c.* 6. In Declamat. ad illa Petri Ecce nos &c. vbi aliqua cõtra Clericos protuliſſet, ait; *Nemo tamen indignetur nobis, aut moleſtè accipiat quæ dicuntur; Si ſanctus eſt, & minimè ſibi conſcius horum, congratulamur ei; dolebit & ipſe nobiſcum in pluribus hæc inueniri; Nec enim reuelamus nunc occulta dedecoris, nec parietem fodimus, vt abominatio maior appareat*; nullum adhuc de fornicatione fecimus verbum, quamuis & hæc in multis etiam, & multipliciter regnet, qui puritatis auctori impuro, corde, & corpore miniſtrantes non verentur ſtare Angelum Domini, qui ſecet medios, & diſperdat, ſed omnino audent *Agni Immaculati* ſacras contingere carnes, & intingere in ſanguine Saluatoris manus nefarias, quib. paulo ante carnes, proh dolor, meretricias attrectauerunt, ſic altaria circuire, ſic frequentare Pſalmos, cum & eiuſmo-

di

Digitized by Google

di locus execrabilis, & oratio ſit in peccatum. Sed *nec eorum ſacrilegia recenſemus, qui diligunt munera, ſequuntur retributiones, vendunt ſacramenta, iuſtitiam produnt, quorum guttur nec dum traxit ad laqueum, necdum præfocauit fauces verbum blaſphemiæ, vox ſacrilega, ſermo nequam, Quid vultis mihi dare, & ego vobis eum tradā. Videmus hæc omnia ſed quodammodo non videntes, quippe quibus nec* flagellum eſt, nec ille comedens zelus. *Manifeſta loquimur, & quæ vix aliqui erubeſcant. NEQVE dixerit* aliquis, *S. Bernardū*, alioſque fuiſſe fuiſſe Sanctiſſimos Viros, quibus id concedi potuit, non verò alijs. *Tum quia* etiam *Rationem* attulerunt, propter quam id illis erat licitum, & propter quam quandoque ad id tenerentur; Quæ ratio cur alios non vrgeat? *Tum quia* mirandum eſſet, quod aliqui nobis proponerent imitanda horum Sanctorum exempla in illis, quæ ſuum commodum, honorem &c. reſpiciunt, non verò in illis, quæ minùs ſibi placent &c. *Tum quia* Hiſtoricis etiam crimina Principum publica ſcribendi, ac edendi facultas ab omnibus conceditur, quam aliqui porrigunt etiam ad ſemipublica, & hoc ad Publicū beneficium, de quo latè *pon.* 28. *Opuſc. de Iurc. Tuen. Fam. & Animadu.* 40. *c.* 11. *op.* 1. *Animad.*

Quis autem negauerit maximè ad Chriſtianæ Reipublicę Commodum ſpectare, vt Eccleſiaſticorum publica crimina, eaq; communia, in libris reponantur, ac præſertim illorum, qui cũ neminem timeant modò in terris Superiorem, faciliùs in grauiſſima labi poſſunt crimina, eaq; de cauſa (vt *Caietanus Cardinalis pijſſimus, ac doctiſſimus* animaduertit) magis *tyrannicum*, quam *alij*, exercere poſſunt dominatum? *Tum quia* nõ fuerunt inſignes ſanctitate, ſicut allati, *Pelagius Aluarus*, *Franciſcus Victoria*, *Ambroſius Catharinus*, *Cardinalis Bellarminus &c.* multoque minus ex inſigni *Soc. Ieſu Iacob. Kell. Paul. Lay. Iacob. Cruc.* pluresq; alij, qui acriter in certos etiã Eccleſiaſticorum, ac Regularium Ordines inuexerunt; nec defuit ex ipſamet *Societate*, qui libro impreſſo conatus fuerit probare, Regularium quorumdam vitia eſſe manifeſtanda, & qui multa, licet iã in *Trithemij* Hortatorijs obliuionis fermè tenebris obuoluta, Monacorum delicta ſimul collecta luci publicæ reddiderit: Cuius tamen libri lectio non eſt vetita. *Cur* ergo inter hæreticos, vel ſuſpectos de hæreſi, ſimiliſque generis homines aſcribẽdi forent alij eo nomine, quod manifeſta quorumdam vitia, quibus palparẽtur apertè nonnulli, qui ex peculiari

culiari vitæ inſtituto ab *aſſentatione*,quæ eſt *cæterorum vitiorum adiutrix*,remotiſſimi eſſe deberent,ad ipſorum,cæterorumq; Chriſtianorum ſpirituale commodum notarent, illorumque turpitudinē declararent; ſi enim ipſimet ſe vltrò non correxerint, *euenire poteſt*, vt alij, ad quos ſpectaret peccantiū mores corrigere,aut correctionem omni ſtudio curare,eorū ſic oſtēſa deformitate medicamenta adhiberent opportuna,quorum præſidio *præclariſſima Eccleſiæ membra*,eaque infirma, *vel* antiquæ redderentur morum valetudini, *vel* aliquantulum conualeſcerent,*vel* certè in grauiorem non inciderent morbum. Vtinam *Veritas nunquam odium pariat* in eos,qui ad illam loquuntur;nam ex eo fieri poſſet, vt hæretici etiam nomen inderent illis,*quorum* verba,vt *ſapientum* Eccl. 12. *dicuntur ſicut ſtimuli(notandum eſt*,inquit S.Hierony. *quod verba ſapientum dicuntur pungere, non palpare,nec molliſsimam attrahere laſciuiam,ſed errātibus, & tardis pœnitentiæ dolores, & vulnus infligere: ſi cuiuſuis igitur ſermo non pungit, ſed oblectationem facit audientibus, iſte ſermo non eſt ſapientis)* Et vt id faciliùs ſuaderent parum peritis hac infanda voce meritò illos notari, facilè ad iſta euulgantium motus animi, atque Con-

 ſilia

ſilia Deo reſeruata dijudicanda ipſimet progrederentur, eorum ſeu dicta, ſeu facta in deteriorem partem acciperent, & ab alijs, in quorum vitia ijdem animaduertiſſent, amplificata mirum in modum, ſibiq; relata non niſi ex animo hæreſi infecto prodijſſe decernerent &c. adeoque ſeuera, atq; ignominioſa contra illos decreta promulgarent. *Vulgare* eſt apud aliquos dictum, *Hæreticorum, ac maximè illorum, qui hiſce poſtremis fuere ſæculis, proprium eſſe* Eccleſiaſticorum, ac Primariorum præcipuè, vitia, criminaque publicare? *Cui* Reſponderi poſſet: 1. *Hinc viros Sanctiſſimos etiam* de hæreſis crimine accuſari, ne dum *alios*, de quib. ſupra, qui tamen Catholici fuere habiti, & habentur, ac præterea *illos*, qui Sanctorum Virorum, & aliorum libros, in quibus Eccleſiaſticorum delicta notabantur, curarūt imprimendos, facultatem, fauoremq; ad id tribuerunt &c. inter quos etiā fuerunt *Summi Pontifices ipſi*; quorum plerique cum permiſerint ſaltem, vt tot ſæculis hi libri manerent incorrupti, *hæreticorum fautores* haud dicendi ſunt. 2. *non quicquid hæretici dicunt* eſſe falſum, ſicuti neq; quicquid dicunt Catholici eſſe verum; imò poſſe eſſe veriſſima, & aliquādo etiam veriora quæ proferuntur ab hæreti-

cis,

cis,quàm quæ a nonnullis Catholicis,vt de ethnicis quique Hiſtoricis cũ Sapientiſſimo *Cano* ànimaduerſum eſt *pon.* 31. *Opuſc.*1. *de Probabil. Opin.* Præclariſſimum eſt àpud ſapientiſſimum *Platonem* effatum in *Carm.* Nihil referre ex quò quis quis audiat;*nec enim conſiderandum,quis dixerit,ſed vtrum verè dicatur.* 3. *Quorumdam Eccleſiaſticorum maximè* eos debere eſſe mores, vt etiam ab hoſtib. laudes reportent; vnde *S. Ambroſ.* interpretans illa *ad Timoth.* 1. *c.*3. *Oportet* (nota verbum) *illam*(Epiſcopum ſcilicet)*& teſtimonium habere bonum ab ijs qui foris ſunt*, ſubdit,*id eſt ab hæreticis,& ſchiſmaticis, qui extra ſãctam Eccleſiam Catholicam, conuenticula ſibi profana præficiunt, quos tamen teſtes Apoſtolus, & teſtimonium dicit debere habere bonum de immaculata vita,& Sancta Epiſcopi conuerſatione, ne forte accipiant inimici locum Epiſcopo obtrectandi, & infamare incipiant Catholicum Dogma.* 4. *Hæreticorum eſſe proprium* occultiſſimà quorumdam vitia publicare,falſa excogitare, vera amplificare, præclarè geſta vel tacere, vel extenuare, Prælatorum ſingularium ſingularia proponere palam,& Coram plebe crimina, vt debitam Eccleſiaſticis laici ſubtrahant venerationem; non verò vt *illi ſe corrigant, vel corrigantur, ab-*

ſtineant a ſimilibus in poſterum perpetrandis; ſiue ipſi, ſiue ipſorum ſucceſſores, *ſcandala vitēt verè actiua &c.* ac prætereca aliquos peculiariter nominare ad inferēdam illis iniuriam &c. *Chriſtus* certè ipſemet aperta *Scribarum, Phariſæorū, Sacerdotumque* crimina apertè, & coram populo etiam reprehendit & tamen legis fuit obſeruantiſſimus, nec a debita illis Veneratione, ac obedientia vllos ſubtraxit. Quare cum *diſtinctione* tale *dictum* tantummodo eſt admittēdum. Certè nonnulli Eccleſiaſtici, *ſiue per ſe ipſo, ſiue per alios* conſultò Principum etiam virorum, magiſtratuum ſęcularium &c. crimina coram populo manifeſtant, & acriter in illos inuehunt; & licet quandoque poſſint ſeditionum cauſas hi ſermones præbere præter alia incōmoda, exiſtimant tamen *ſe ſacrificium facere* Deo, opuſq; valdè meritorium corā illo exercere, de Eccleſia optimè mereri, ac ſe arbitrantur interdum fælices (*Quid ſi martires, paſſoſue pro Chriſto?*) ſi propter grauia, quę poſsūt hi ſermones trāquillitati publicæ afferre detrimēta, aliqua e Ciuitate iubeantur recedere, &c. Sæpe autem contingit, vt *iuſto Dei iudicio non obtineant illa*, quæ ſperabant, vel ſibi promiſſa fuerant, vbi huiuſmodi ſermones publicos habuiſ-

ſent.

ſent. Si laudabilis foret in his huiuſmodi zelus; cur non quoque in euulgantibus ſcriptis, ac libris, qui non per plebis manus vagãtur, Eccleſiaſticorum crimina? 5. *Eſſe quidem Hæreticorum* vitia maximè propria *Superbiam, Auaritiam, Luxuriam,* a quibus ortas fuiſſe hęreſes, & conſeruari eruditè oſtendit *Alph. a Caſtr. in lib. 1. adu. Hęr. c.* 11. Hæc autem cum conſpiciantur quoque in nõ paucis e Catholicis; quare hoſce nõ tanquam hęreticos deteſtamur, vel ſaltem tanquam non ſuſpectos de hæreſi cenſemus? Quid ſi oppoſiti plane mores illis, quos exigit Chriſtus in Euãgelio, ac in prioribus extitere ſæculis, in plurimis ob omnibus plane conſpiciantur; An non hæreticorum id eſt maximè proprium? Cur ergo tam frequenter, & abſolutè dicitur, *eſſe hęreticorum* narrare crimina Eccleſiaſticorum &c. Et hæc illiſque ſimilia, quæ in facto quoque conſiſtunt, neque poſſunt facilè excuſari (cum tamen illa narratio etiam vehemens, & acris poſſit eſſe etiam laudabilis) non animum arguere hæreticum arbitramur? Certè ſi hæc, ac meritò, dicerentur non eſſe ſatis ad indicandum hęreſi infectũ animũ; immeritò inter hæreſis argumenta narratio criminum, quę ab Eccleſiaſticis patrantur, a nonnullis recenſebi-

ſebitur. *Opportunum* ſanè foret, quod aliquando decerneretur, *Quęnam ſint argumenta hæretici animi &c.* ne tam facilè, & prout ſuis commodis conſultum foret, vlli tanquam de hæreſi ſuſpecti notarentur, accuſarentur &c. Sanctiſſimè inſtitutum quidem eſt *Sāctiſſimę Inquiſitionis* Tribunali; *Verùm* niſi illi præſint, & adſint *Viri planè integerrimi, Doctrina pręſtātiſſimi, Chriſtianaque Prudentia, & Caritate quam maximè cōſpicui*, grauiſſima potius afferre poteſt Chriſtianæ Religioni detrimēta. 6. *Cum detractionis crimen* ſit vulgare apud cōplures Eccleſiaſticos, quorum non pauci etiam quędā finxerunt, finguntque vitia, facta, quaſdam opiniones &c. in hæreticis, præcipuè nonnullis, a quib. illi fuerunt, ſuntque alieni, ac non pauca de illis falſa narrari, & ſcribi, imò & edi apertum ſit: Quid mirum ſi illi idem præſtent, nominatimque Eccleſiaſticis detrahant? Debent quidem omnes, ſed maximè Catholici, ac inter illos Eccleſiaſtici præcipuè, ab omni crimine, & *detractionis* inter cætera, quod *Charitati, & Iuſtitiæ vehemēter aduerſatur*, eſſe remotiſſimi. *Vtinam dictum iſtud vulgare nūquam afferatur callidè eo conſilio, ne aliquorum curaretur Reformatio, qui præ cæteros illa indigerent*, & ſine qua nunquam fiet vnū

Ouile,

Ouile,& vnus Paſtor, ſed potiùs oues Chriſti ampliùs diſpergentur; & vt faciliùs, ac magis liberè ſuis animi propenſionibus obtemperarēt.

IN Hiſtorijs verſati aſſerunt; non ſemel contigiſſe, vbi aliquorum vitia etiam cunctis obuia, & grauiſſima a nōnullis, qui Catholici ab omnibus habebantur, notata fuerunt, & aliqui inde irritati (cum *tamen eos vt ipſorum, totiuſq; Eccleſiæ commodis conſulentes, & Chriſti præcepto obſequentes potiùs ſummo amore proſequi*, ingentiaque in illos conferre beneficia, vel *ſaltem ſuos prauos mores, corruptaſque conſuetudines emendare debuiſſent*) grauiſſima illis inferre incommoda tentaſſent, ad id impulſi etiam ab illis, qui aliquam non leuem temporalium bonorum iacturam feciſſent, ſi nouos mores, & Chriſtianæ legi magis conformes inſtituiſſent iſti, iniuria hoſce laceſsitos poſtea tētaſſe, ac perfeciſſe nonnulla, e quibus tot Eccleſiæ incommoda, acceſſerunt, etiam temporalia, quę nō ſatis deplorari vnquam poterunt. *An non ſatius erat ipſorum quoque vtilitati*, hos beneficijs potiùs (ſi Politicis etiam legibus obtēperare voluiſsent, nedum Chriſtianis) ad ſe allicere? *Quare ſolerter attendēdum eſt in ſumma dignitate Conſtitutis*, ne aures præbeant nonnullis, qui *ſuis verè commodis*

modis proſpicerent, dum aliqua conſulerent, vel ſuaderent, nullamq; re ipſa haberent *rationem Publici boni, imò nec ipſorũ, quorũ Miniſtri ſunt, aut Conſiliarÿ,* honoris; laruamque fingerent *etiam Pietatis, ac Religionis* quibuſdam, quæ longiſſime ab vtraque forẽt remota. *Facilè* ſingularia illi Coram Deo præmia, ſingularemq; Coram ho minibus, eamque ſempiternam apud poſteros conſequi poterunt laudem, ac famam Primarij viri, qui apud ſe habent, ac obſeruant eos, qui *ſunt candidi ingenÿ, prudentia verè Chriſtiana exculti, honoriſque Dei, Eccleſiæ, ac Principum ipſorum* cupidiſſimi, ac longiſsimè a ſe remouẽt *adulatores quoſdam,* quorũ verba, ſẽſuſque cum ipſi perpẽdunt accuratè, cognoſcunt inſanis animorum diſſentionibus contra, vel præter omne fas, Eccleſiam, animaſq; obijcere, ipſorum famam depeculari &c. Si fideles Conſiliarios, Miniſtroſue vnquam deprehendant, non ſinant eos quorumcumque opera *(nã* facilè hi in plurimorum, & aliquando eorum, qui ipſis *ſunt proximi, ac familiariſſimi,* odium incurrent) a ſe diuelli etiã ſub ſpecie alterius publici boni: Quod enim eſt præſtantiùs, quam *ſi Princeps ſupremus optimos habeat Conſiliarios?* Hi certè nunquam ſuadebunt, vt opprobrioſo nomine

mine appellet eos, multoque minus vt puniat eos, qui publica quædam crimina narrant, reprehendunt &c. ſed potius amplectantur,&c.
II. *Licet iam definitis de fide* a Generalibus Cōcilijs legitimis,approbatiſue certò vt fidei Catholicæ pronunciatis ab Eccleſia vniuerſali,ſiue cūctis Eccleſiæ Paſtoribus,ac Doctoribus, ſi obſtent hæreticorum ſententiæ,ſint hę omnino reijciendę,& quęlibet argumentationes cōtra iā planè definita ſint in Sophiſticarum numero collocādæ (quas tamen *e re Catholica erit perſæpè ſoluere apertè,earumque fallaciam oſtendere,quam conſpicere queant ex hæreticis magis acuti, ac ſinceri*) Si tamen aliqua proferant contra illa,de quibus eſt inter Catholicos Doctores, controuerſia,atque hęc magis copioſè,ac exactè,quam Catholici,examinēt,efficaciuſq; aliquā probent ſententiam, illis potiùs ſtandum, quouſque aliquid fuerit legitimè contra illa decretum. Si eo nomine tantùm haud eſt damnanda opinio, quod Hæreticis fauere dicatur, vt oſtenſū eſt *pon.* 38,*opn.* 1.*de Prob.op.* multò minùs illa,quę ad fidem non ſpectans,& contra q̃ Catholici diſſerūt, ab hæreticis ēt approbaret.
III. *Cum negari non poſſit*, quin aliquot Hæretici in linguarum, in hiſtoriarum,& antiquitatis,

ſiue eruditionū peritia multis præcellant Scriptoribus Catholicis, qui etiam multi a nobis ſiunt (demptis illis, quæ ad fidem attinent) his illos proculdubio ꝓponēdos a ſincero Catholico Viro, imò *illos laudandos*, in quib. ſunt laude digni: Si enimuerò nonnulli, quos inter hæreticos recenſemus, in Moralibus Virtutibus multis præſtent Catholicis; An non eorum virtutes erunt commendabiles, ac proponendæ etiā, vt Catholici magis ad eaſdem proſequendas alliciantur? Nulli vnquā ſint (hi forēt profecto nimis petulantes, audaces, temerarij, atque proterui) qui ſub *quibuslibet Hæreticorum dictis, factiſque*, licet virtutum, & non vulgariū argumenta exhibentibus, *vitiorum anguem latere* ſignificent; quæ illis tribuuntur, aut debentur laudes *vehementer extenuare conentur*; in deteriorem partem quæ ab illis geruntur, *ſemper interpretentur*; omniaq; illis mala, *nedum in fama, verùm & in omnibus fortunæ, corporiſque Bonis inferre Satagant*, omnes tum æquitatis, tum iuſtitiæ fines prætergreſsi. Ac nūquam præterea hæc adſcribi poſsint meritò aliquorū animis in *hæreticos maleuolentia ſuffuſis, eo quod* in aliquibus non æquæ ipſorum voluntati adhærere, ſiue adblandiri velint, *vel aliquorum ſuperbiæ*,

bię,qui in vniuerſos,vniuerſaſque eorum res liberũ planè dominatum vellent, quem illi detrectent; *vel aliquorum auaritiæ* eorum bonis inhianti; *vel aliquorum Zelo*, non Chriſti, ſed *Elię*, qui a Chriſto in Euangelica Lege reprehenſus fuit, & propter quem non pauci aſſerunt adhuc Eliam æuo ſempiterno in Cęlis non frui &c.

IV. *Cum ex hęreticis* ſcriptoribus nonnulli dicantur *Primæ Claſſis*, nonnulli *Secundę &c.* repoſiti etiã in Indice librorum *Prohibitorum*, & magis interdicatur lectio Auctorum *Primæ*, quam *Secundę* &c. præcauendum tamen; ſi habeatur facultas illos euoluendi, ne quis ab vllo ex hiſce libris in errorem contra fidem rapiatur; nã facilè hęreſes in hiſce conſultò traditę, vel idẽtidem inſertæ in errorem rapere poſſunt minùs cautos lectores, præſertim ſi illis contaminati ſint vitijs, e quibus ortæ ſunt hæreſes. Vt autem ſine errandi periculo quis hæreticorum libros perlegat, opus eſt, vt notas habeat hæreſes, quas verè Eccleſia vt tales condemnauit; neq; enim omnes, quę in aliquibus libris etiam conſultò ad id editis enumerãtur, hæreſes ſunt, aut errores, de quo recęle dicta *pon. 9. Opuſc. 1. de Probabil. opin.* Poſſunt autem *Primę* quoq; *Claſſis* Auctores hæretici non pauca proferre etiam verif-

veriſsima, quæ amplectenda nō quatenus ſcripta ab illis vt hæreticis, ſed vt a viris cæterà doctiſsimis, in multiſque naturalibus ſcientijs egregiè verſatis &c. Si quid occurrat, quod ſolummodo aduerſetur vnanimi planè Catholicorum Theologorum ſenſui, quamuis dicatur euidenter colligi ex illis, quæ ſunt de fide, non exiſtimandum propter hoc hæreſim id eſſe; multoque minùs, ſi id tantùm probabiliter, vel probabilius ex fidei effatis conſequatur, cum nec Theologiæ habitus propriè ad huiuſmodi concluſiones ſemet porrigat; de quib. ſatis dictum eſt *pon. 25. ac 26. eiuſdem Opuſc. 1.*

V. *Cum Hęreticus aliquis* Catholicè poſsit ſcribere, ſicuti & *Catholicus* hæreticè, ſollicitè tamē videndum, an ille *tunc obiter, ac in tranſitu nonnihil prauę doctrinę afferat*, & an iſte ex *inconſiderantia, minuſuè accurata animaduerſione* talia ſcripſerit; neque enim propter hoc hæreticus erit dicendus, cum haud ſit pertinax; multoque minus, ſi talis opinio non fuerit damnata quo tempore illa ſcripſit, ſed liberum erat cuiq; in alterutrā inclinare; ſecus enim aliqui e Sanctis Patribus, ac præcipuis, quos veneratur Eccleſia, & e Theologorum Principibus, quos illa maximè obſeruat, in hæreticorum album referendi

rendi

Google

rendi forent. Error ſæpè *Materialis*, vt ſcholæ loquuntur, *non Formalis* eſſe poteſt. Aliqui poſſunt eſſe *Hęretici formaliter*, & in pleriſque etiã, ne dum multis, *Catholici materialiter*; Sicuti aliqui e contra *Catholici formaliter*, *at in aliquibus Hæretici materialiter*. Sciendum tamen eſt, non eadem credibilitatis motiua ſatis eſſe per ſæpe *homini docto*, quæ idiotæ, *in Sanctis Patribus, Hiſtorijſque verſato*, quæ horum rudi &c. *Imò* nec ſatis eſſe hęretico ad depellendos errores ſuos, Catholicaſque veritates amplectendas, quod *probabiliter agnoſcat*; poſſe indubitatam fidem illis præſtari, vt celeberrimi ſentiunt Theologi; ſed *opus eſſe, vt euidẽtiam habeat, quæ tamẽ ſit Moralis*, hoc eſt talis, vt *non poſſit prudenter dubitare, vel ſuſpicari, quod Dogmata, quibus nos Catholici adhæremus, certum omninò aſſenſum, ac cæteris omnibus ſuperiorem ab ipſis exigant*. Quænam autem ſit *prudens*, ſiue *rationabilis* dubitatio, ac ſuſpicio, & quænam imprudens, ac irrationabilis, *hìc, & nunc ex multis adiunctis* æſtimandum. Illa inficiari quidem non poſſumus, quin ſi in nobis Catholicis magis præfulgerẽt Euãgelicæ virtutes, ac pręcipuè in nonnullis humanarum rerum contemptus, vel certè non cupiditas conſpiceretur, hæretici complures, imò ethnici facilius

ciliùs Chriſtiana, & Catholici effata vera eſſe arbitrarent: Nam *fidei* Catholicę placita, adeoque virtutes Chriſtiano homine dignas nūquā ſatis ſuadebunt illi, qui vitijs *Euangelica* lege, (quid ſi *naturali* etiam!) prohibitis infecti fuerint. *Ad Cælum*, ad quod mortalibus referandum *Filius Dei* humanā ſibi copulauit naturā, aliāq; præter Ciuilem in terris inſtituit poteſtatem, nunquam expeditum iter certò illi hæc temporalia amantes commoda oſtēdent ijs, qui extra Eccleſiam ſunt; vt enim S. Ambr. *in c. 3. ep. 1. ad Timoth.* loquens de Epiſcopo ait, *Tunc vera ſe probat prædicare, ſi ea conetur & gerere*: Verùm præ cæteris *S. Chryſoſt. Hom. 42. in c. 13. S. Matth.* Mirificè id oſtendit inquiens. *Si duodecim homines totam pene farinā orbis fermentarunt, diligenter animo verſa quæſo, quanta ſit noſtra malignitas, atque ignauia, qui cum iā innumeri ſimus, has Gentium reliquias conuertere non poſſumus, qui vel mille mundis ſatisfacere deberemus.* Sed Apoſtolos illos fuiſſe inquies. *Quid ad rem? nonne tecum eiuſdem naturę fuerunt? Nonne cum hominibus etiam ipſi conuerſabantur, artes profeſſi, eiſdem rebus nutriti? An forſan credis illos Angelos natura, aut de cęlo lapſos fuiſſe?* Non, *inquies*, ſed ſignis illi rutilabant. *Vſquequo negligentia ita ignauiam*
no-

noſtram miraculorũ fulgore, quæ tunc coruſcarunt, quaſi velamine quodam obducimus? Multi eijcientes dæmonia punientur *Matth.* 7. Quid igitur, *inquies*, fuit quod præcipuè magnos illos effecit? Certè *Verus, ac non ſimulatus GLORIÆ atq; PECVNIÆ contemptus*, & quoniam *NVLLAM ſecularium harum rerum omnino CVRAM habebãt; Nam niſi hoc habuiſſent, ſi paſſionib. vt nos, ſeruiſſent, etiamſi de morte innumeros homines ſuſcitaſſent, non ſolum nihil vtilitatis feciſſent, verùm etiam ſeductorum, atque deceptorum nomen non effugiſſent. VIVENDI* ergo *DISCIPLINA* eſt, quę vbique fulget, *quæ ſpiritus etiam gratiam attrahit. Quod enim ſignum fecit Iõnes, qui tot, tantaſque ciuitates erudiuit &c. Vnde autem Elias mirabilis factus? nonne qua Regem liberè alloquebatur? nonne quia nihil poſſidebat? &c.* Ipſemet etiam *P. Poſſeu. lib.* 4. *Bibliot. c.* 4. ſcribit, Sinẽſes & Indos, cum in *Patribus Soc.* pecuniæ, rerumq; humanarum viderunt contemptum, mirificè in eorum admirationem raptos, & ad amplectẽdã Chriſti fidem veluti præparatos fuiſſe. Si vel Patres Societatis, vel alij quicumq; nõ conſonis ipſorum ſtatui lucris, negociationibus, euacuandis marſupijs &c. operam dederint, nũquam animas ad cælum dirigent; quod diſertè ſuis ſub-

ditis aperuit *P. Mutius Vitelleſc. in litt. ad Vniu. Soc. datis 2. Ianuarij* 1617. *certos* illos eſſe pronuncians, *non vnquam alios ipſis commonſtratorib. curſum ad cęlum inſtituturos, ſi ipſos terrenis rebus affixos adhæreſcere animaduertent.* Quæ magis vera ſunt de illis, qui ex officio Animarum Paſtores ſunt. Quid ſi auidiùs hi, ac ſolertiùs quoque quam Laici, temporalia ſectarẽtur? de quo olim conqueſtus fuit *S. Bern. in ſer. ad Paſt. in ſyn. & in Declam. ad verba S. Petri, &c.* Illuſtre eſt illud S. Ambr. c. 6. de Dignit. Sacerd. dictum. *Nulli iam illicitum eſſe videtur, quod ab Epiſcopo quaſi licitũ perpetratur, ſed ipſum homines credunt magis eſſe laudabile, quicquid Epiſcopus habuerit delectabile.* Mirabile enimuero foret, quod nonnulli vellent voce, hortationibus, litteriſq; monere, imò quandoq; præceptis, minis, pęnis cogere alios, vt eſſent iuxta Euãgelica præcepta, vel conſilia *Humiles*, Manſueti, *Contemptores pecuniæ, &c.* Qui eſſent; *Tum Superbiſſimi*, omnemq; in cæteros imperium obtinendi, ac exercendi occaſionem arriperent, ſe ſupra cæteros efferrent &c. q̃ vitium eſſet magis reprehendẽdum, ſi hi forent obſcuro genere orti; quib. tamen eſſe illud familiare iam animaduertit *S. Chryſoſt. Hom. 39. in Ioann.* in quos *S. Bern.* verſus

ſus fin. *Hom.* 4. *Sup Miſſus eſt*, inuehit: *Tam inhumani*; & adeò *in alios vt occultis etiam artib.* occidendos curarent homines, qui nõ iuxta ſuos, ſibiue adblandientium ſenſus loquerentur, & prauiſſimè geſta, omnibuſq; manifeſta vituperarent: *Tam aliorum pecunia, boniſque tam auidè inhiantes*, vt nouas in dies excogitarent artes, larga etiam mercede tributa illis, qui has ſuggererẽt, quarum præſidio aliorum fortunas ad ſe deriuarent. Hiſce hominibus illa *S. Chriſoſt. Hom.* 9. *ex*, 5. *in c.* 5. *Matth.* accommodari egregiè poſſunt; vbi enim illa protulit, *Qui docet, verborum ſuorum ſit ipſe exemplum, vt magis opere doceat, quam ſermone*, ſicut ait Apoſtolus ad Timoth. 1. c. 4. *Exẽplo* eſto omnium fidelium; *Qui autem ambulat per conuallia vitæ terrenę, obſcuras ſemitas calcat, & loquitur altos ſermones, non aliterũ inſtruit, ſed ſe ipſum caſtigat*, hæc ſubijcit, *Nemo enim poteſt in valle ſtare*, & de monte loqui, *ſed aut vbi ſtas, inde* loquere; *aut vnde loqueris, ibi ſta. ſi in terra eſt animus tuus, vt quid de cælo loqueris? Si ergo in terra tu ſtas, de terra loquere; ſi autem de cælo loqueris, in cælo conſiſte, vt dicas cum Apoſtolo* ad Philip. 3. *noſtra autem conuerſatio in cęlis eſt*. Enixè rogandus Deus, nè vnquam patiatur huius generis homines apud Chriſtia-

nos reperiri; nã hi humano indigni forent conſortio, imò a Chriſtianorum Societate, tãquam læthali lue contaminatiſſimi, repellendi eſſent; Nam *Senec. ep.* 108. *Nullos peius mereri de omnib. hominĩbus* iudicat, *quam qui aliter viuunt, quam viuẽdum eſſe præcipiunt: exempla enim ſe ipſos inutilis doctrinæ circumferunt, nulli non vitio, quod inſequuntur, obnoxij*: ac S. Gregorius Pontifex verè Doctiſſimus *c. 2. p. 1. Paſt.* apertiſſimè ſcribit; *Nemo in Eccleſia amplius nocet, quam qui peruersè agens NOMEN, vel ORDINEM ſanctitatis habet; Delinquentem namque HVNC* (aurea quidẽ verba tanto digna Paſtore) *NEMO redarguere præſumit, & in exemplum culpa vehementer extenditur, quando pro REVERENTIA ordinis peccator honoratur.* Quid hac illuſtrius ſententia? Inanes erunt omnes artes, quibus prouocentur Ethnici ad Chriſtianam, Hæretici ad Catholicam fidem amplectendam, niſi qui fidem ſuadent, & a quibus fidei documenta petenda ſunt, illis quas fides noſtra proponit, virtutib. ſint exculti: Nec *Chriſtus* vnquam efficiet, vt obſeruantiam, quã aliqui erga nonnullos videntur olim exhibuiſſe, ſemper exhibeant, niſi in illis earum virtutũ lux luceat, quæ in anteceſſorib. fulgebant; fruſtraque, ac imperitè conquererentur, quod im-

mu-

minueretur erga ipſos in multis obſequium, ac veneratio, ſi in ipſis quoque valde imminueretur virtutum claritas. Si de humanis ipſi nō minùs ſaltem laborarent, quam alij, imò media, adhiberent humana ad fines ſuos humanos a Chriſto reuera non intentos; Cur ab alijs quoque eadem non adhibēda, & cum ipſis, vt cum cæteris hominibus, in his non agendum? Debita tamen nunquam illis veneratio deneganda. *Qui media a Chriſto propoſita adhibuerit, omnium ad ſe corda, animoſq; alliciet*: imò hic facilius multa ēt, quæ ad ipſius temporale commodū ſpectant, impetrabit; nam, vt *S. Ambroſ. ep.* 43. habet: *Certè Sacerdos tūc magis impetrat, cum virtus præualet; ſacerdotis .n. petitio doctrina pietatis*. *NON POSSVM* hìc non ſubijcere: Sicuti negari non poteſt ab homine ſanæ mentis, quin Scholaſtica Theologia multas Eccleſiæ attulerit Vtilitates, eaſque etiam afferat, ſi illa ſuis verè innitatur principijs concluſioneſq; ſuas e locis ſuis proprijs, ac intrinſecis verè colligat; Sic dubitā non poſſe a viro prudenti, quin grauiſſimam illa attulerit perniciem, ampliorem que ſit allatura, ſi apparenter tantū, ac ſophiſticè concludat, relictiſque ſuis Principijs proprijs, vel diſſono, ſiue non congruo ſenſu illis tradito concluſio-

 nes

nes deducat,ſiue tanquam certum, indubitatũque proponat, quod tantum probabilius, vel probabiliter,& multo magis ſi apparenter tantum colligitur ex ſuis principijs &c. Legãtur a Theologis,vel pro Theologis tradita *op.2. Animadu.c.1. Animad.9. 10.11.& 49.c. 2. Animad. 5. 10.& a 10. vſque ad 20. Anim. 24.25.26. & 28. Animad. 35.& a 37. vſque ad 42.& Animad. 50. Atque cap.4. Animad* 8.26.27.29.30.32.35.36. 42.43.44.45.47.49.& 50. Cum acerbiſſimarũ diſſenſionum,quę modò ſunt in Eccleſia,ex ipſis non pauci fuerint magna ſaltẽ ex parte cauſa;par equidẽ foret, imò iuſtum, vt ipſi *veri Eccleſię boni amantes, omni poſthabita ſua, ſuorumq; vtilitate* rationes excogitarent reddendi *Populo Chriſtiano Pacẽ, & Catholicæ re ipſa fidei fines latiſsimè propagandi*; Nec difficilè id erit multis ſuadere,vt ad id operam ſuã conferant, & plerique ſaltem ſalubribus ipſorũ conſilijs adhæreant, ſi id ex animo cupiant, velintq; Ab adulatoribus Theologis,& quos ſui, ſuorumq; excæcat amor,nunquam id ſperãdum. Certè *nulli prudentes,ac pij,ac verè docti* Theologi vllis vnquam ſuadebunt, vt nomen hæretici, ac ſimile tam facilè,vt modò fit,vſurpetur,& maximè ab vitijs illis,qui vitijs ſunt inquinati,& alijs præire exẽ-

plo

plo deberēt in virtutibus;nam hi (poſita etiam euidentia quod veræ fidei habitum haberent) haud *Catholici* eſſent dicendi,ſi credendum eſt, *S.Bern. in ſer. ad Paſt. in Syn.*ſecus enim Dæmones eſſent Catholici;ſed potiùs hæretici, hæreticiſque peiores,vt ipſemet poſtea habet ſic dicens.*Multi ſunt Catholici prædicando,qui hæretici ſunt operando* (en duplex hæreticorum genus) *quod Hæretici faciebant per praua dogmata,hoc faciunt plures hodie per mala exempla,ſeducunt ſcilicet populum, & inducunt in errorem, & tanto grauiores ſunt hæreticis,quãto prævalent opera verbis.* Si acerbiſſimè huiuſmodi homines, qui eſſent vera imbuti fide dolerent, quod *Hæretici in operando* paſſim dicerentur, ac *hæreticis peiores, &c.* An non & meritò dolendum vehementer illis,qui non minorem, quam alij, obiectis ſibi de fide certò propoſitis aſſenſum præſtātes hæretici,ſchiſmatici &c. appellarētur, quòd quorumdam opinionibus, ac ſenſib. adhærere nolint! Eſſet ne iuſta querela,quod hi operam ponerent,vt fama ſibi reſtitueretur,& dum id cōſequi non poſſent, æqua vterentur compenſatione? Non minùs enimuerò *tyrannicum eſt in Aliorũ Honorem, & Famam*,quam in vitam,fortunaſque *abſolutum ſibi vindicare imperium*;pec-

cat-

Digitized by Google

eatque contra Iuſtitiam quoque qui e probabili etiam opinione, vel cauſa alium fama priuat, in cuius eſt poſſeſſione, ac maximè in re grauiſſima, vt hæreſis &c. Cuius reſtitutionem nemo poteſt alteri condonare, imò condonans iniuſtitiæ crimen patraret interdum; de quo legantur dicta latè *pon.* 37. 38. 39. *&* 40. *opuſc. de Iur. Tuen. Fam.* *PROTESTANTES* quidem ſine peccato promiſcuè a nobis appellari non poſſe hæreticos cum in quodã *Libello* a viro pio, doctoque ſibi oblato intellexiſſet, ac percepiſſet ſapientiſſimus Pontifex *Clem. VIII.* varia beneuolentię ſigna re ipſa, nedum verbis, illis Romã accedentibus exhibuit, vt etiam teſtatur *Cynthius Card. Aldobr. Cardinalis S. Georgij Clem. 8. ex ſorore Nepos* in litteris datis *ad Archiducem Ferdinandum 1. anno* 1606. quas eſt legere *in Amphot. libro Pariſijs impreſſo* 1611. Cum ſint non pauci ex illis honeſti, ac ſatis religioſi (quod nõ niſi plane maleuolus, inuiduſque negare poterit) & veritatem cauta ſollicitudine quærentes, corrigiq; parati, cum inuenerint, ſunt enimuero, ſi in nobis vera Charitas eſt erga illos, vitæ exẽplo, quod maximè ſuaſibilem noſtrum reddet ſermonem, ac pręſertim illius Caritatis alliciẽdi argumẽtis, quæ *Apoſtolus* proponit 1. *Corinth.*

13. ſine

13. ſine quibus prudens quilibet, & Catholicus exiſtimare debet omnẽ charitatem, pietatem, & ſanctitatem eſſe fictam, vt iam eſt prænotatùm *Animad.* 21. *c.* 4. *op.* 2. *Animad.* Non ſunt illi immeritò irritandi; At non irritarentur, & meritò, ſi *ipſorum laudes in illis*, quæ ad politicum regimen ſpectant, ac in virtutibus quibuſdam Moralib. excellentiam omnibus notam nollemus, vt aliqui e noſtris ſcriptorib. euulgarent, *falſiſſima* illis apponeremus, ac de illis prædicaremus, *Vatinianum in eos odium* præferremus &c? Solem eſſe lucidum ſydus negaret ille, qui negaret aliquos ex illis, quos nos appellamus non Catholicos, in virtutibus Moralibus multos anteire Catholicos, in nonnullis doctrinis multis e Catholicis antecellere. Caue tamen *mihi parum beneuole lector*, ne me dicas aſſerere, pauciores e Catholicis in virtutibus, ac ſcientijs illuſtres numerari, quam e non Catholicis. ILLA equidem aſſero. 1. *Fidem non imponẽdam, ſed ſuadendam*, vt habet *S. Bern. ſer.* 66. *in Cant.* adiumentis a *Chriſto* propoſitis, & a *SS. Patribus* expoſitis; & ſi plane conſtet, ac certò, aliquos eſſe hæreticos, & hi ſuauiter corrigi non potuerint, *coercendos gladio illius*, vt idem *Sanctus* ſubdit, *Qui non ſine cauſa gladium portat, quam in*

ſuum

ſuum errorem multos traijcere permittantur, &c. 2. *Illos ſolùm poſſe appellari hæreticos*, qui aſſenſum non præſtant certum illis, quæ habentur è verbo Diuino, ſiue ſcripto, ſiue tradito; *Quænam autē ſint Traditiones verè Diuinæ, ac perpetuò obligantes*, non eſt facilè ſcire. Verum illud quidē eſt, *ſi primi Patres Eccleſiæ, aut omnes, aut plerique aliquam non agnouerint traditionem*, *aut magis ſi illam non admiſerint*, licet modò diceretur etiam communis, haud illam poſſe inter Diuinas meritò reponi; neque enim ſi diuinam traditionem eſſe aliquam cenſuiſſent, eorum diligentiam in ea nobis proponenda id prætérijſſet; vt in ſimili habet *S. Bern. ep.* 175. Quare cuilibet opinioni propoſitæ, quæ in hiſce duab. columnis verè non innitatur, diſſentiens nunquam erit hæreticus. Legātur dicta *pon.* 15. *opuſc.* 1. *de Probab. Opin.* Nullam equidem amplectendam eſſe traditionem, *quæ ſacris aduerſatur litteris, vel innititur deprauatis* ſcripturæ ſenſib. verè pijſſimus, ac doctiſſimus *P. Melch. Inconſ.* (de quò latè *in fin. opuſ.* 1. *Animad.*) in libro *Coniect. ad Ep. D. M. V. ad Meſſ. c.* 17. olim animaduertit. 3. *Non poſſe appellari hæreticos*, qui non præſtant aſſenſum his, quæ Catholici omnes (multoq; minus ſi aliqui, ac præſertim doctiſſimi diſſentiant) tanquā pro-

probabile, vel etiam probabilius etiam de fide aſſerunt, tuentur, imò obſeruant, religioſo etiã cultu, vt *pon. 19. opuſc. 1. de Probab. opin.* dictum eſt 4. PERTINACIAM ad hoc, vt quis *Hæreticus* dicatur, poſtulari ab omnibus Canoniſtis, ac Theologis, qui id colligunt etiam *e S. Scriptura, ac SS. Patribus.* Nunquam verò erit *Pertinax* ille, qui Vel habet ignorantiam inuincibilẽ verę fidei Dogmatum, eo quod nunquã *in mentem venerint illa*; aut ſi ſuſpicatus eſt, vel dubitauit, an ſua fides eſſet vera; *diligentiam adhibuit, quam ſatis eſſe putauit ad illam ſuſpicionẽ, vel dubitationem tollendã*; Vel ſibi certò ſuadet *noſtras argumentationes*; vt nos de aliorum argumentis dicimus, *eſſe ſophiſticas, ac fallaces*; Vel e certa corporis, animiue conſtitutione, ſiue affectione *nequit percipere, quæ ſibi proponuntur*, licet alij fermè omnes percipiant; Vel qui paratus eſt *aſſenſum præſtare, vbi ſatis*, pro ſua tamen intelligentia, *ſibi propoſita fuerint fidei effata.* Placet hic dictis Coronidem imponere verbis *Bartholomęi Spinæ*, ſiue *Spinæi Piſani*(de quo ſupra) Theologi *magni ingenij dotib. præditi* teſte *Poſſeu. in App.* qui multiplicis generis librorum ab eo Scriptorum indicem proponit. Hic *in Tract. de vniuerſali corruptione Generis Humani* ſic inquit: Etiã ſi quis

quir falſam opinionem de B.V. Conceptione, ſimiliterque de alijs doctrinæ Capitib. amplectatur, *ſitque materialiter hæreticus, ſine PECCATO TAMEN, & MENDACIO non poſſe eum vocari hæreticum, cum ETIAM ERRORE SVO MERERI POSSIT, non quod teneat aliquid falſum, aut fidei contrarium, ſed quod putet id verum eſſe, ac piũ, & quoniam ſi ſciret oppoſitum, ab opinione illa reſiliret*; nec referre, quod veritas ei declaretur, cũ *multi non intelligant vim declarationũ, nec teneantur credere omnibus declarationibus*; & tantò magis excuſari tales falsũ pro vero tenentes, *quãdo multos communi reputatione doctos viros videat id ipſum ſecum ſentire*. Ipſam ergo opinionem licere, ac fas eſſe hæreticam dici, *non tamen eos hęreticos vocari*. En quam multò magis iniquè multi appellantur hæretici, qui e Catholicorũ Societate nũquam ſegregati opinionis amplectuntur, quæ inter Catholicos ſunt probabiles, & aliquando ex intrinſecis Principijs probabiliores. *DE HIS* hactenus; Quæ cupio ea afferre emolumenta, quæ ego mihimet in hęc ſcribenbo propoſui; Video enim ex frequẽtiſſimo Hęretici, Schiſmatici, ſimiliumque vocum abuſu *frequentiſſimè contra Iuſtitiam peccari ipſam, odia inter Catholicos oriri acerbiſſima*, ac *in maximas*

cala-

calamitates incidiſſe Chriſtianam rempublicam, quæ maiores etiam erunt, niſi horum linguis frenum, idq; validiſſimũ inijciatur, quale erit, vt *hi tanquã ſuſpecti, ac vehemẽter de hęreſi* (quod ſupra indicatum eſt) *puniantur*, ſi nõ ſemet correxerint, *& acerrimè*. *Nollem* ego tamen in eos incurrere Lectores, de quibus egi *in ep. ad Lect.* præpoſita *Opuſc. Trib. Animadu.* (quam legi vehementer opto) multoque minùs in illis perſimiles, de quibus *Seneca in fin. ep.* 116. Sapienter ait, *Vitia noſtra quia amamus, defendimus, & malumus excuſare illa, quam excutere.*

VI. *Minoris ponderis* debet eſſe auctoritas Hæreticorum ſcriptorum, qui *acerbis, contumelioſique vocibus* Catholicos, Catholicaq; Dogmata vrgerent; nam hi ad ſcribendum impulſi vidẽtur non a cupiditate veritatis indagãdæ, vel illius exploratæ penitus habendæ, ſed ab ira, odioque in Catholicos; Quare prudens lector iudicium quoque ſuſpendere tenetur circa illa, quæ cęteroqui vera forent, nõ immerito dubitans, vel ſuſpicans, an his aliquid demerint, vel addiderint, an aliquantum immutarint &c. Quod idem ſentiendum de Catholicis ſcriptoribus aduerſus Hæreticos. Si quid tamen reapſe verum circa *Mores*, vel *Doctrinam* &c. hiſce

in-

inferatur, vtriq; illud amplectantur, & e Catholicis præſertim illi, qui *Chriſti*, hoc eſt *Veritatis*, primarij ſectatores eſſe debent. *Sapientis enimuero eſt, ex hoſtium etiam dictis, in Virtutib. Intellectualibus*, & multò magis *in Moralibus proficere*. Illud præterea aſſero, *a Chriſtiana Charitate, imò & Iuſtitia valde alienum eſſe iniurijs, cõtumelijſque hæreticos vexare*, multoque magis de illorum moribus, ac doctrinis *plurima fingere falſa, librisque euulgare*; præterquam enim illi par pari rependunt, & nobis noſtra narrantibus haud fidem habent, dum mẽdaces nos eſſe in ijs narrãdis, quæ ad ipſos ſpectant, apertè nouerunt, *auſtera iſta curatione, atq; tractatione exulcerantur magis, quam ſanantur* hæreticorum animi, atque putant haud ſanctam, ſanamue ſibi proponi doctrinam ab illis, qui venenato quarumdam vocum poculo eam ſibi tradunt. *In recta validarum probationum expoſitione, & clara oppoſitarum argumentationum ſolutione ingenium, iudiciumq; ſuum preſeferre tenetur Catholicus Scriptor*. Hoc cum nonnullis haud liceat, in ſcommatibus, aculeatiſque dictis, & conuicijs inſtar mulierculárum ſenſuum ſuorum virtutem reponunt: *Neque obſtare debet*; Quod Hæretici in Catholicos contumelioſis interdum animad-

uer-

uertant verbis; *In malo* enim non ſunt imitādi; ſicuti neq; Sancti ipſimet Viri, qui verbis acerbi in hæreticos fuiſſent ; qui tamen excuſandi eo etiam nomine, quod *magnis*, ac *diuinis*, quibus exornati erant *bonis, hanc licentiā* (vt in ſimili habet de *Socrate*, & *Ariſtippo* egregius ille *Philoſ. ac orator* 1. *Off.*) *aſſecuti ſint*. Semper apud ingenuos, magiſq; cordatos ex ipſiſmet etiam hæreticis viros maiores reportabūt laudes ſcriptores Catholici, dum *cum probationum efficacitate verborum modeſtiam* conſociatam eſſe conſpicient. *Faxit Deus*, vt nulli Catholici Hæreticorum animos vehementiùs irritent eo conſilio, vt manifeſta magis odia inuicem ſuſcipiantur, indeq; difficiliùs Chriſtianorum animi inter ſe conciliari queant; quod ſi fieret, cum non leui aliquorum detrimento foret, licet cum ſummā Chriſtianæ Reipublicæ vtilitate: *Cui equidē non leuiter conſuleretur*, ſi huiuſmodi contra Hęreticos libri, in quibus contumelię, ac falſitates haberentur, haud in vulgus emanarēt; Catholicorum enim *Modeſtia*, ac *Veracitas*, omnib. hominibus nota eſſe debet. *Illiberalis ipſemet iocus* eſt ne libero quidem homine dignus; *Ingenuus quoque tunc ſolum laudabilis*, cum *tempore ſit*, ac *remiſſo animo*, vt habet idē præclariſſimus Morū

magiſter eodem *lib.* 1. *off.* Qui liber vna *cùm ſequentibus duobus* ſi omnium manibus frequentiſſimè verſaretur, *vehementiùs honeſti, virtutiſq; ſtudium* in omnibus proculdubio cõſpiceretur, tum Hæreticis, tum Catholicis &c.

VII. *Cum Catholicorum*, atque Hæreticorum libri leguntur, attẽdendum, *Quid ſibi inuicem ſurripuerint*, cælato Auctorum nomine, per quos profecerint; etenim hi minùs ingenui ſunt. Accidere poteſt, & non raro, vt e Catholicis etiã ſcriptores quidam inter cæteros callidi, verſuti, ac veteratores, cum apud Catholicos multorũ, qui ab hæreticis ſcripti sũt, librorum, lectio interdicatur, in quib. tamen plurima ſunt digniſſima, quę in publicum prodeant ad Hęreſes nõ ſpectantia, hæc ab illis decerpant, imprimantq; tanquam ſua, ac inde apud Catholicos pleroſque ſibi illuſtrem ſapientiæ famam comparẽt; Quod licet aliquibus Catholicis peritioribus notum eſſe poſſit, cum tamen hi pauciſſimi ſint, & non audeant plerumque id alijs oſtendere; *Vel* eo quod ſibi ab huiuſmodi hominum genere aliquod graue malũ metuant, *vel* eo quod alij, huiuſmodi libros, e quibus illa deſumpſere, legendi poteſtatẽ non habeant, *vel* eo quod æ[illegible]orum amici æquum non exiſtimẽt id alijs decla-

cla-

clarare; *Quid iſtorum intereſt, ſi decem id perſpe-ctum ſit, millibus talis furti non conſcijs, maximè cum euulgare poſſent*, illud dici ex odio in ipſos, inuidia &c?

VIII. *Libri*, *qui* in Hæreticis Ciuitatibus, aut hæreticorum opera imprimuntur eorum præſertim *Notis*, ſiue *Annotationibus* illuſtrati, ſiue ſint Sacri Codices, ſiue Sancti Patres, ſiue Cõcilia, alijque his ſimiles, proſpiciendum diligẽter, ne ſint *deprauati*, ac *in Notis aliquid veneni hæreticum fuerit repoſitum*. nam vnius interpunctionis, vel accentus etiam, nedum litterulæ immutatio, demptio, additio &c aliũ, imò plane primo oppoſitum reddere ſenſum poteſt. *Libros deprauare fuit quondam peculiare Hæreticorũ crimen*. Vtinam nunquam illud apud Catholicos ſerpat. Quæ enim vnquã fides præſtari poſſet libris Conciliorum, Patrum, Sacrorum Codicum &c. qui in Catholicis ciuitatibus, ac primarijs nominatim, & Catholicorum non vulgarium opera in publicum prodirent, ſi non ſemel eos haud antiquiſſimis exemplaribus conſentaneos eſſe deprehenderetur, idque nominatim in aliquibus, quæ ſincerè ſcripta minùs nõnullis arriderent? Quorum quidem eſſet futilis *excuſatio*, Quæ Bibliopolis illos tribueret;

tum quia idem hæretici affirmare poſſent de illis,quæ ipſi conſultò corrupiſſent; *tum quia* errores illi in fine ſaltem ſignificandi erant,expediebatque protſus integra illa folia, in quibus errores illi erant deſcripti,igne abſumere,aliaque curare edenda &c. Cum Catholicæ Veritates hiſce fraudibus non debeant, nec poſſint ſtabiliri, argumento eſſet certiſſimo, eorum qui haſce, hiſq; ſimiles admitterent, conſilium eſſe,parum peritos, prudenteſq; homines,quorum ingens numerus eſt, ſuis opinionibus per prçſtigias decipere.

2. PONO ex Catholicis Scriptoribus,qui & Catholicè,ſiue non Hereticè, & erroneè cõtra fidem ſcripſerunt,præferẽdos per ſe illos,quorum lectio librorum non eſt interdicta;id enim per ſe indicat eos magis ad veritatem ſcripſiſſe, vel eorum lectionẽ publicam librorum per ſe haud eſſe Chriſtiano populo noxiam.

REPVTANDVM TAMEN EST

1. *Poſſe Principẽ etiam Sacularem* prçcipere,non ſolùm ne quidam libri a Catholicis quoq;viris ſcripti, licet non hæreticam certò contineant doctrinam,*in ſua ditione imprimantur*,vel *in eam deferantur*,verùm & ne ab vllo in ſuo principatu degente *legantur*,ſi exiſtimet prudẽter ex hiſce

ſce libris oriri perturbationes,nec leues, in trãquillitate publica, cui *ipſemet proſpicere ex iuſtitia quoq; tenetur*, cum ad *hoc illi perſoluantur tributa, vectigalia &c.* Cum *enim Poteſtas Ciuilis ſit in ſuo genere perfecta*, debet poſſe adhibere media, quæ ad finem ſuum ſimpliciter ſunt neceſſaria, vel hìc & nunc exiſtimantur neceſſaria. Quare poſſent *peccare*,& *grauiſſimè*,quicumque Principe ſæculari,ne dum Eccleſiaſtico,vetante lectionem alicuius libri,illum legeret,vel retineret apud ſe &c. *Non eſt equidem æquum*, vt Eccleſiaſtici Præſules poſſent cuicumq; interdicere lectionem, detẽtionem,delationem &c. librorum,quos nimis fauere putarent Principũ ſæcularium iuriſdictioni, laicorum commodis &c. & Principes ſæculares idem præſtare non poſſent circa libros, qui *nimis amplificarent Eccleſiaſticam iuriſdictionem*, ac *nominatim in temporalib. &c.* Hac de cauſa *prudentes ſunt illi Principes*,qui nolunt imprimi vllum in ſua ditione librum, qui non fuerit approbatus ab aliquo, cui ipſimet munus librum illum recognoſcendi tribuerint; *Eſſetque etiam ſatis ſalutare*, quod etiam non permitterent vẽditionẽ in ſua ditione vllius libri,qui nõ fuiſſet recognitus, ſi aliũde delatus,a miniſtro ipſorum publico, qui eſ-

ſet *vir prius, doctus, ac prudens*; cui larga equidẽ merces eſſet tribuenda, dum hoc munere, *quod eſt ſummi ponderis, ingentiſque ipſis commoda afferre poteſt*, aptè fungeretur. Si enimuerò Principes aliqui iam hoc animaduertiſſent, ipſorum poſteris maior nunc adeſſet animorum quies, ac non tot rixas, contentioneſq; cum illis etiã, quos in ſua ditione habent, & quos ſuis, ſuorũque bonis ſuſtentant, & quos ipſi vel ſui maiores ampliſſimis etiam redditib. donarunt, cum populorum ſcandalo (quod tamen ſæpè *paſſiuum* eſſe poſſet) illi experiuntur. Facilè e librorum, & maximè multorum, libereq; vagantium lectione ſuaderi poſſunt vulgares homines, minuſque periti, qui plurimi, ac plerique ſunt (nã pauciſſimi verè ſapientes ſunt) opiniones, quæ in illis habẽtur libris, *eſſe planè Catholicas, Iuſtitię, Iuribuſq; Naturalibus eſſe conformes maximè*, pro illis tuendis etiam *mortem oppetendam, pręcipuè ſi Pietatis aſperſæ ſint figmentis, &c.* adeoque illas non amplectentes eſſe *hæreticos*, vel *hęreticorum fautores &c. eſſe iniuſtos, tyrannos, impios &c. Obedientiam hiſce denegandam, ne dum Venerationem, &c.* Et tamen illæ potius potiùs poterunt eſſe minùs conformes verbo Diuino, SS. Patrum ſenſui &c. vel ſolum ad ſummum

Pro-

Probabiles; *Nõ tenetur autem Princeps ſequi opinionem, quæ eſt probabiliter,* vel *probabiliùs in alterius fauorem Principis*, dũ illi contraria eſt etiã *Probabilis*, & præſertim dum eſt in poſſeſſione, vel alius non legitimè præſcripſit, vt *pon.* 14. *Opuſ. preced.* dictum eſt. Imò iniquum plane eſt, dum eſt inter Catholicos controuerſia, an aliquod ius habeat Princeps (quod idem de Eccleſiaſtico aſſerendum) eſua poſſeſsione illum deturbare. Cum autem ille *de facto*, vt loquuntur Iuriſperiti, non vero *de Iure* deturbaretur, legitimũ Principis Ius nõ tollitur; de quo legatur inter cæteros *Liber*, q inſcribitur *le Raggioni del Duca di Modona cõtro &c. Adde*: Si alius Princeps vellet clam, vel palam per ſuos Miniſtros hoſce libros grauiter alterius Principis iuriſdictionem perturbantes in ipſius iuriſdictionẽ inferri, liceret huic *vim vi repellere*, & ſi ad id opus verè eſſet, nedum illos a ſuis remouere, ac relegare finibus, verùm & illos in carcerem conijcere quicumq; illi forent &c. vt in ſimili ſapientiſsimus *Vict. in Coroll.* poſt *prop.* 2 *u. Relect.* 4. habet; imò poſſet ad id teneri &c. HINC FIT vt libri qui alicubi a Principe Catholico eſſent vetiti, & multò magis ſi ab omnibus catholicis eorũ lectio vetaretur, minori in pretio ſint per

 ſe

ſe habendi, quam qui approbationem haberent a Principibus tum Eccleſiaſticis, tum Sæcularibus.

II. *Libros nonnullos dici poſſe* a quibuſdam, vel inſcijs, vel maleuolis, &c. vetitos, *qui re ipſa haud ſint vetiti*; ac præterea alicubi eſſe vetitos, qui *ibi haud ſint vetiti* (poteſt autem eſſe peculiaris ratio, propter quam in certa Ciuitate, vel Prouincia &c. aliqui libri ſint vetiti, & non in alia) licet aliqui *nonnullorum fautores, alijſque infenſi*, aut *parum prudẽtes*, aut *publicarum ignari rerum*, aut *ſcrupulis ob ignorantiam agitati &c.* Vetitos ibi eſſe euulgarent. Certè ſi aliqui inter ſe conueniſſent, ſiue Cõcordatum, vt vulgo dicitur, feciſſent, vt quorumdam librorum in tali regione nunquam interdicta cenſeatur lectio, niſi certis ſeruatis legibus, & de hac conuentione ſolummodò etiam teſtaretur vir aliquis pius, ac doctus, ac in publicis verſatus negotijs, & qui aſſereret ſe legiſſe exemplar conuentionis, illudq; oſtendi poſſe; eſſet plane temerarius quicumq; ac puniendus quoque, qui adhuc ibi eſſe interdictam quorumdam librorũ lectionem aſſereret, non ſeruatis ijs, quæ præſcripta ſunt in *Concordato*; quod neque de poteſtate abſoluta tollere poteſt Princeps alius, cũ

illa

illa ſit *obligatio naturalis* (de quo multa habentur inter cæteros apud *Petr. Ant. de Petr. Tract. de Iur. quæſt. non toll. Ioan. Chokier in Reg. Cancell. Laur. Kirchou. in Theſ. Com. opin. verb. Princeps*) & ſi id faciat, ad id quod intereſt ſaltem obligatur, vt habet *Filiucc. tract. 41. de Benef. Eccl. c. 1. n. 13.* Legatur doctiſſimus *Hay* ex Benedictino ordine *in Aſtr. Inext. q. 3. n. 1. §. ſed inſuper, q. 4. n. 51. §. Ad concordata*, ac in *Hort. Cruſ. V.* confinia. §. *Concordata Germaniæ*. Et Pontificem ipſum non habere maiorem poteſtatem circa Ius naturale, vel Gentium quoque, quam alium quemlibet Principem, ideoq; illa tollenti Iura non eſſe obediendum, eſt communis etiã Canoniſtarum purpura inſigniũ ſenſus; de quo latè *pon. 9. Opuſc. de obl. Reg. extr. Reg. Dom. Com.* iſtaque obedientia eſt damnata iam a Chriſto *Matth. 10.* & ab Apoſt. 2. *Theſſ. 5.* de qua egregiè diſſerit, & copiosè *S. Bern. ep. 7.* Sub ſpecie cuiuſdam *obedientiæ Cęcæ*, quæ in quibuſdã poteſt eſſe laudabilis (quam aliqui e recẽtioribus maximè laudant) vtinam quædam *tyrannis animorum, corporumq;* in nonnullis exorta non fuerit. *Certè* non poſſunt ſibi ſuadere licitum eſſe concordatis derogare, niſi illi, qui putarent ſibi etiam licere Priuilegia *ex contractu oneroſo* obten-

ten-

tenta (ad quorum genus primarum partium Theologi referũt etiam *remuneratoria*) *reuocare, etiam non ęquiualenti reddito*. Si enimuerò fidẽ non ſeruet Princeps vnus; tenebiturne alius ſeruare, & non poterit compẽſationem æquam ſibi facere, iniuriamque, ſi in hoc irrogata ſibi fuerit, perſequi? *Meritò quidem* ille corripere, ac æquas infligere etiam poterit pœnas illis, qui poſito huiuſmodi pacto, ſeu concordato *dictitarent*, & multò magis *qui ſuaderẽt, ac monerent*, Vt pro habenda facultate legendi in tali ditione hoſce libros alibi interdictos *ad alium confugere deberent* Principem. 1. *quia* quantum ad ipſos ſpectat *iuribus huius Principis*, in quorum ditione ipſi ſunt, & quæ potiori iure tenerentur amplificare, cum eos, eorumque bona tueatur, hic multis fruantur commodis, nonnullis gaudeant quandoque priuilegijs alijs ciuibus non conceſſis &c. derogant. 2. *quia* alteri Principi occaſionem tribuunt nouæ quaſi præſcriptionis, quæ licet foret per ſe illegitima, cum tamẽ a nonnullis poſſit illi declarari legitima, occaſio ſubminiſtratur querelarum, diſſenſionum &c. 3. *quia* cum alij, & primarij, doctique viri, ac pij in illa ditione hanc non petant facultatem, videtur fieri iniuria illis, *quib. ſuadetur, vt*

eam

eā petāt,cū illis obligationis onus imponāt, ꝙ ſubire non tenentur: Si.n. haud æquū eſt, vt aliqui ſeruent legē etiam certò latam, dū maior pars illā nonſeruat, vel nō acceptauit (*Princeps autē ſemper*, ſi abſolutus ſit, *cenſetur ſaltem maior pars totius Reipublicę* in cōparatione ſubditorū) Multò minus iuſtum eſt in *dubio ēt de Concordato*, vel *an Princeps teneatur aliquā recipere legē*, dū illā non recipit ipſe, aut non vult ſeruari, aut interrogatus reſpondet, ſeruandum concordatum, &c. Quod aliqui e ſibi ſubditis quaſi cogantur ſeruare talem legem, non ſtare concordato. Quis autem niſi plane *imprudens* dixerit, vel cenſuerit Principē, qui non *ſit tyrannus*, ſed *potius pius, iuſtus*, & qui in cæteris, quæ ſunt altioris ordinis, alium vt Superiorem agnoſcit, ac veneratur, ſine rationabili valde cauſa velle, vt non ſeruetur talis lex, etiam ſi concordatū non præceſſiſſet, quod a talis lege lata degentes in ſua ditione eximeret? Eſſet autem hic etiam *planè impudens*, ſi aſſereret, male agere Principem, vel illius Miniſtros, vel alios etiam quoſcumq; qui aiunt, ſeruandum eſſe Concordatum, & eo vim ſuam habente non petendam facultatem ab alio Superiore &c. *Irrationabiles omninò ſunt hi ſcrupuli, tollendique a prudenti viro*; imò non

rarò

rarò publico pernicioſi bono, cum hinc tranquillitas publica perturbetur &c. Nõne vidẽt illi & qui illis agitantur, & qui illos inijciunt, iniuriam nec leuem inferre, & ſuo Principi, & alijs viris omni exceptione Maioribus, dum ipſi hanc facultatem petentes putant, vel falſum eſſe tale cõcordatum, vel iniquè extortum, vel impie eos ſentire, aut agere, dum dicũt, aut nolunt ſeruari talem legem? Acres quidem in hac materia, quæ eſt Iniuſtitiæ, animabus eſſent admouendi ſtimuli. *Multi* potiùs poſſunt teneri monere alios, quod non adſit obligatio, vt dictum eſt animad. 24. *c.* 6. *op.* 1. *Anim.* Sapienter ergo facerent illi Principes, qui *dũ haberent aliquod Concordatum cum alio Principe*, vel *adhibito conſilio virorum verè piorum, doctorum, ac prudentum cenſerent talem Legem ſe haud teneri recipere, &c.* monerent, deinde corriperent, ac deniquè e ſua ditione relegarent illos, qui *Scrupulos inijcerent Subditis &c. aut illis curarent peculiares licentias legendi libros verè in ſua ditione non prohibitos &c.* Ac populorum bono conſulerent etiam maximè; ſi *exploratores ad id adhiberent, & contrà peccantes quoſcumque punirent &c.* 4. *quia* quiſque ſuadere ſibi poteſt, alium Principem, qui ſcit vel tale concordatum a plurimis

quia ſer-

ſeruari, vel talem non ſeruari legem, id approbare; neq; enim putandum eſt ipſum peccare, ſicuti peccaret diſſimulās illa, quæ maximè Iuri Diuino, aut Naturali aduerſarentur, ſi vera ſunt tradita a *S. Bern. in lib. 3. de Conſider.* Imò potiùs exiſtimandum, etiamſi aliquam legem potuerit imponere, dum Princeps, vel populi illam renuerunt, Principem Chriſtianũ, ac maximè animarum Paſtorem, *abiecisse priorem voluntatem illos obligandi,* Legemque ipſam reddi *inutilem, noxiam &c.* de quo legantur attentè dicta *pon. 32. opuſc. 1. n. 49.* vna cum *Tannero* illuſtri ex illuſtriſſima *Soc. Ieſu* Theologo &c. Suauitas certè Euãgelicæ legis ſuadet, vt nulla lex ferè ab Eccleſiaſtico Principe promulgetur; quę ſit Poſitiua, niſi poſita conditione, quod tãtum populo, vel Principe, qui populi vicem ſubit, illam recipiẽte intelligatur obligare; ſecus .n. Poteſtas legislatiua conceſſa a Chriſto Eccleſiæ Præſulib. *eſſet* potius in *deſtructionẽ*, q̃ in *ædificationẽ*, vt præſtantiſſimi docent Theologi.

III. Multiplicem eſſe *Germanam Cauſam interdicendi librorum lectionem*, quæ tamen ad duplicem reuocari poteſt: Quarum PRIMA EST, ſi illi ſint CONTRA FIDEM: Nec dubium quidem eſſe poteſt cuiq; ſanæ mentis homini, quin

cum

cum aliqua ſint plane, ac legitimè definita tanquam Catholicæ fidei dogmata, ſi libri contra eadem agentia paſſim permitterentur, Chriſti fidelium animæ ingens damnum reportarent; nam inciperent ſuſpicari, poſtea dubitare, ac poſtremo opinari, quod illa non ſint vera, ac interdum poſſent etiam putare eſſe falſa, cum neſcirent ſoluere ſophiſticas argumētationes, quarū non paucæ maiorem probabilitatis ſpeciem præſeferunt, quam veræ. *Quarè prudenter nonniſi viris* integerrimis, atq; doctiſſimis quorumcumque huiuſmodi librorum *lectio eſt permittēda*. Cum autem eſt dubitatio inter Catholicos, an aliqua ſint fidei Dogmata, & multò magis ſi aliqui opinentur non eſſe (quod *præcipuè poteſt contingere, cum non eſt certum, quod aliqua ſint Concilia Generalia, ac Legitima*, ſiue ex *toto*, ſiue ex *parte*; *ſi enim hoc non eſt certum, neque certum eſt Dogmata ibi contenta eſſe certa credenda fide*) etiamſi probabilior eſſet pars affirmans, libri qui illis aduerſantur, haud dici queunt hereſim continere, *ſi ſincerè loqui velimus*; & hi cū nullū veræ fidei præiudiciū per ſe inferant, non poteſt interdici eorum lectio, tāquam hæreſim continentium, licet ſub alio titulo poſſet interdici; qui tamen debet eſſe verè *honeſtus*, ac *verè*

pius,

pius,nō eò quòd minùs aliquorum faueret ſenſibus, qui *ſuum honorem, ſuamque vtilitatem ſibi propoſitam haberent,quamuis Diuinæ legis, Iuriſq; naturalis apparentes in eos inducerent colores.* Cū autē an aliqua ſint definita de fide, nec ne, poſſit eſſe dubium ſitum *in facto eſſe*, vt loquuntur Iuriſperiti, Sapientes decernere poterunt, hoſce *v.g.*non continere hæreſim, *eò quod agant de rebus,quas aliqui periti Catholici opinantur non eſſe adhuc definitas, tractent quæſtiones etiam inter Catholicos controuerſas,contineant opiniones,quib. adhereat Catholici nonnulli, qui a nullo ſanæ mentis homine propter hoc excluſi ſunt, vel excludantur e Catholicorum numero*; & hi liberè per doctorum hominum manus vulgari quūt; nec facilè horū lectio interdicēda, vel interdicta *omniū* admittēda, ne aliquę opiniones altas figāt radices in fidelium animis, e quo varia exſurgere poſſunt diſsidia &c. Si autem aliqui libri ſint conſcripti contra vnanimem etiam Scholaſticorum ſententiā,non ſunt damnandi illi,tanquā hæreticam continētes opinionem, ſed ad ſummum *Temerariam*; *& hoc ſolùm* etiam; quando quis ſine idonea, vel probabili ratione, vel auctoritatē ab ea recedit:Imò ſi illi conſcripti ſint contra concluſionem euidenter etiam deductā

ex duobus primarijs noſtrę fidei principijs, hoc eſt, verbo *Diuino ſcripto, vel tradito*, & illa etiam ſit propoſita verè a Concilio legitimo, vel Pōtifice e Cathedra, adhuc non poſſunt dici ſimpliciter, ac ſtrictè continere hæreſim, licet eorum lectio librorum non niſi etiam ſapientiæ fama celeberrimis viris concedenda ſit. *Multò* minùs dicendi ſunt libri contineri hæreſim illi, qui continere dicuntur opiniones *ſapientes hæreſim, de hęreſi ſuſpectas, temerarias, ſcandaloſas, impias, piarum auriũ offenſiuas, &c.* Quæ opinionum notæ vt ſic antiquioribus ſęculis videntur fuiſſe incognitæ. *Cauendum* hìc eſt, ne paſsim adhibeatur fides illis, qui has apponerent notas, nam tali cenſura poſſunt etiam quandoque ipſimet cenſeri meritò digni, non verò talium opinionum Auctores; de quo *pon. 39. opuſc. 1. de Probab. opin.* Varium quidem eſſe poteſt de huiuſmodi notis iudicium; nam ſæpiſsime hoc nititur *qualitati indicantium, circumſtantijs temporum, locorum &c.* Nullus certè eſt liber, licet catholicam, ſanamque doctrinam continens, cui aliqua ex his notis inuri non poſsit *a maleuolo, inuido &c.* Hinc fit, vt aliquis ſibi ſuadeat alicuius libri lectionem eſſe vetitam, vt hæreſim continentis, opus eſſe quod agnoſcat *ipſe hære-*

ſim

ſim illam, vel *certè a Sapientibus, Sincerisque Catholicis intelligat, in eo libro Hæreſim* VERAM (quæ vox ſemper ſubintelligenda, nam multæ ſunt apparentes, a nonnullis maximè proclamatæ)*contineri*, ac *in dubio* tenetur conſulere viros ſapientiſſimos; ac pios, & qui candidè loquantur &c. Præterea *attendendum eſt*, aliquorum librorum, qui *de Religione tractant*, atq; ſcripti ſunt ab hereticis, lectionē interdici, eò quod nonnulla ad illam ſpectantia illorum Auctores irrideant, ſubſannent &c. quæ iure, ac meritò approbata ſunt, indicantq; etiam verè animum hæreſi infectum; Quem *tamen non indicat* ille, *qui* B. V. Sanctoſq; eſſe colendos ſcribit, quoſdam tamē illorū venerationis ritus, quos Catholici etiam ſapientiores non laudant, reſpuit; *Qui* in quaſdam conſuetudines verè Phariſaicas, & e quib. neglectū, ſiue contemptum Decalogi præceptorum oriri experientia etiam nobis patet, inuehit; *Qui* quaſdam ſuperſtitiones a doctiorib. etiam inter nos reiectas, licet a Catholicorum vulgo probatas, & a nonnullis ad fines verè humanos permiſſas, vituperat; *Qui* ſine vllis verborum aculeis oſtēdit ex veris priſcorum monumentis aliquos e noſtris ritibus, quos in Sacramentorū adminiſtratione,

in Eccleſiaſticis munerib. ac officijs &c. adhibemus, non eſſe antiquioribus conformes &c. *Qui ſubſtantiam*, vt vulgo fertur, quorumdam commendant, reprobāt autem *modum &c*. SECVNDA eſt, ſi libri BONIS MORIBVS *officiant*. Cum autem duplex bonitas in Moribus conſiderari poſſit; Altera *Theologica*, vt ita loquar, *ſiue Chriſtiana*, *& Lumine tantũ ſupernaturali* cognita; Altera *Philoſophica* ſiue *Moralis*, *& Lumine Naturali cognita*; Librorũ, qui ſunt contra *Bonos mores Theologicos*, ſiue *Chriſtianos*, *& quorum Deformitas tantùm e fidei lumine habetur*, lectio *priuatiuè a ſola Poteſtate Eccleſiaſtica* vetari poſſe; nec Poteſtas ſæcularis ad id ſe porrigere *videtur*, niſi quatenus eorum lectio tranquillitati publicæ noxia foret; Librorum, qui ſunt contra *Bonos mores Philoſophicos*, ſiue *Morales*, *vt ſic*; et quorum *deformitas habetur ſolum e naturali lumine*, lectio *priuatiuè a ſola Poteſtate Sęculari* vetari poteſt, niſi quatenus eorũ lectio eſſet peccato annexa; cum enim hoc aditum ad Regnum Cælorum impediat, Eccleſiaſticæ poteſtatis, quæ ad hoc inſtituta eſt *tantum* a Chriſto, vt *animas ad Cęlũ dirigat*, poterit eſſe ſub hac ratione illam eamdem vetare: Si autẽ *Vtroque homine Criminum turpitudo innotuerit*, *cumu-*

latiuè

latiuè,ac per ſe vtriuſque erit poteſtatis eorum vetare lectionem, ſub comminatione pęnarum vtriq; poteſtati cōſentanearum,quas etiam infligere poterit,imò aliquando debebit &c. Legātur in ſimili dicta *cp.praced. pon.* 1.*n.*10.Erunt autem omnes illi contra *Bonos mores*, *QVI vel laudāt,vel approbāt* mores,qui homini Chriſtianam,aut Moralē vitā agenti haud congrui sūt, *vel illos ſuadent*, *vel legentium animos non leuiter ad illos inclinant*. In hoc autem ſecernēdo acerrimum quidem iudicium requiritur;nam ſi probabile etiam ſolum ſit, quod aliqui mores nón ſint Chriſtianam, vel Ciuilem vitam agenti diſſentanei, non erit per ſe eorum lectio librorum vetanda;ſecus enim pleriq; libri, qui omnium teruntur manibus,eſſent ab illis remouēdi,cum non ſit certum,quod illi agant de rebus certò Euangelicæ, aut Naturali legi congruis, vel non diſſentaneis, aut ad vtrique legi diſſonos mores inflectant &c. Equidem cum variæ, imò oppoſitæ ſint apud Theologos, Philoſophoſque Morales de *Humanarum Actionum Bonitate*, *ac Malitia* ſententiæ, imò in dies nouæ proferantur, ac prætereà circa nonnulla, quæ videntur *Principia Philoſophię*, *ac Theologiæ Moralis*,idem varius ſit ſenſus (de quo legantur di-

ita pon.35.ac 36.opuſc.1.de Probabil.opin.)& iſtę opiniones a viris etiam valde doctis, ac pijs nedum propugnentur, verum & ab alijs laudentur, probentur &c. *argumento id eſt*, illos ſolummodo iure per ſe prohiberi libros, quos certũ eſt aduerſari certò Chriſtianis, Philoſophiciſque Moribus: *Sicuti autem videtur* (quæ vox nõ inconſulto addita eſt propter infra dicenda) *nõ poſſe Poteſtas ſæcularis* prohibere, ne Eccleſiaſtica vetet libros, qui officiunt Morib. certò Chriſtianis; *ita nec Eccleſiaſtica poteſt prohibere*, ne Sęcularis vetet libros, qui officiunt Moribus certò Philoſophicis; Et ſi licitam ſibi *Eccleſiaſtica* redderet prohibitionem librorum, qui *probabilius, vel probabiliter officerent moribus Chriſtianis*, idem *Sæcularis* exiſtimare poterit de libris ſpectantibus ad Mores probabiliter, vel probabiliùs Philoſophicos. Cum autem duplex adhuc aliqui diſtinguant *Genus Morum*, Hoc eſt, *Canonicorum, ac Ciuilium*, ſiue approbatorum a *legibus Canonicis, & Ciuilibus*; ſi Canonici verè ſint Chriſtiani, ſiue certò habeantur e *Verbo Diuino, ſiue ſcripto, ſiue tradito*, reijciendi ſunt a quocunque libri omnes, qui contra illos forent, ſiue illis aduerſarentur, nec *lex etiam quæcumque Prauis Moribus hiſce Chriſtianis fauens admittenda*;
ſi

Si autem probabile ſolùm ſit,vel etiam probabilius,mores a Canonicis legibus probatos,inductoſq; eſse iuxta leges Euangelicas, atque *etiam probabile ſit dumtaxat,* tales mores haud illis eſſe conformes,non eſt cur abſolutè,ac ſimpliciter eorum lectio vetetur: Et cum aliquæ leges Eccleſiaſticæ, ac nominatim quibuſdam fauorabiles, opinione probabili de poteſtate ad aliquid ſtatuendum,vel de malitia,ac bonitate Humanarum Actionum innitantur (quod obſeruatum eſt quoque cum *Soto* atque *Diana pon. 33. opuſc. de obl. Reg. &c.*) poteſt Princeps ſæcularis,imò aliquando tenebitur liberã concedere facultatem,vt imprimantur, vendantur &c. libri,qui aduerſarentur huiuſmodi Canonicis Moribus,ac fauerent Ciuilibus,atque Naturalibus;& *maximè id illi efficiendum,*dum multi Canonicorum huiuſmodi morum approbatores ederentur, quorum doctrina apud multos euulgata multiplicia ſibi, vel ſibi ſubditis afferret incommoda,vel pedetentim poſſet afferre: In quo tamen maxima opus eſt prudentia &c. Vitandæ pro viribus diſſenſiones &c.

IV. *Cauſam Vniuerſalem* librorum lectionem interdicendi vnicam a plurib. quidem aſſignari *Publicum Bonum.* At quam multos Publici Boni

ni ſpecies fallit, & quam multi ab illa fallũtur? Nullus plane eſt liber,qui præclaram,& commendatiſſimam habeat doctrinam, qui ſub aliquo Publici Boni fuco non poſſit vetari; *hunc autem facilè effingit; qui odio,inuidia &c.in aliquẽ agitatus fuerit*. Non eſſe autem contra Publicũ Bonũ, ſi multi etiam peccandi occaſionem arripiant ex alicuius libri lectione, ſatis patet ex latè traditis a *P.Mart.Delr.in ep.ad Em.Princ. Sac.Cong.Inq.Gener.Rom.*impreſſa *Moguntia anno* 1612.& experientia;nam ex aliquibus libris maximè Vulgari idiomate ſcriptis patet, plurimos arripere occaſionem peccandi,& grauiter,quorum tamen lectio non vetatur: Difficilè autem eſt ſecernere, vtrum ex aliquorũ lectione librorum plura ſequantur incommoda,quã commoda, & an commodum etiam vnicũ præualeat pluribus incommodis; ſicuti & an quod ſecundum ſe eſſet priuatum commodum,hìc & nunc ſit publicum &c. & an ſint vera,vel tantũ apparẽtia talia incommoda, mala publica &c. an ſequantur actiua ſcandala,an paſſiua tantũ, ac Phariſaica &c.Sunt his opportuna,quæ ſunt dicta *pon.*35.*&* 36. *op.*2. *de Prob.opin.*Certè niſi poſitiuum aliquod incommodum,ſiue contra *Fidem*,ſiue cõtra *Bonos Mores*,vt iam dictum eſt

ſu-

ſupra, ſequatur, illudque ſit graue, ac præponderans commodis, licet poſitiuum aliquod cōmodum non afferat, haud videtur liber vetandus. Erit autem contra publicum Bonum verè talis prohibitio 1 *Si immeritò*, & non ritè perpēſa cauſa liber interdicatur; quod facilè euenire poſſet, ſi tali iudicio adeſsēt complures, qui vel *ad alicui gratificandum* legitimas Auctoris defenſiones recipere nollent, vel eſſent *parum periti, vel inuidia, odioue in Auctorem ſuffuſi*, vel *ſuperbi*, vel *in proprijs ſenſibus nimis pertinaces &c.* de quibus cauſis dictum eſt ſatis in *fin. pon.39. op.2. de Probab. opin.* vel *ſi æmuli* haberent multam in tali conſeſſu poteſtatem; de quo attentè legantur dicta *pon. 14. opuſc. de Oblig. Reg.* præter indicata *pon. 10. in* eodem *opuſc.* Ea fuit *nonnullorum* Poteſtas, vt libri, qui *cuiuſdam* in ipſos faueb t æquæ poteſtati, quam *publico equidem Eccleſiæ bono minifeſtari expediebat*, vt peritiores norunt, & in quo repoſita erant illa, quæ *ab illis ipſis mandata fuerant typis &c.* prohibitionē impetrauerint pleriſq; admirantibus: Ac multi quidē minùs admirarentur etiam nūc, ſi ſolùm vna libri pars vetita fuiſſet &c. & non abſoluta fuiſſet prohibitio. Nonnullus quidē illa *S.Bern. ep.141.* tūc vſurpauit. *Factum eſt per contrarium*

 (lo-

(loquitur *S. Vir* de Piſanis) *vt gratiam qui offenderunt,& qui ſeruierunt,irā mererentur*. Faciliùs autē id ſibi q̃s ſuadere poſſet, *ſi pateret* illū prohiberi librū;eo quod contineat opiniones, quæ *alicubi minus placent*, licet ſint ſaltem probabiles, & a præſtātiſſimis alibi etiam probatæ viris; *vel* eò quod detegat *quorumdā artes*, quibus multos decipiunt, multiſq; præſtigias faciunt,& quas adhibentes non nulli vellent eſſe occultiſſimas;vel *conſuetudines, legeſq; antiquas* referat laudabiles ad hoc vt pro viribus priſtino morū candori reſtituatur Eccleſia;vel quorumdam vitiorum publicam deformitatem in nonnullis exponat,quam aliqui vltro amēt &c. *Quid ſi præterea alicui conſtaret*, propoſitam prohibitionem libri fuiſſe,quo tempore non *aderāt cuidam conſeſſui fautores talis Auctoris*,& quibus præſentibus non fuiſſet interdicta lectio, experientia etiam teſte in alijs ſeſſionibus, dum prohibitio libri propoſita? Obſeruare queunt Callidi homines quaſdam temporum circumſtantias, & dum non adſunt fautores Auctoris curare, vt ab aliquo ſibi amiciſſimo tunc proponatur libri prohibitio: Et has artes verè verſutas non animaduertunt nonnulli cæterà ſagaciſſimi homines? Ex his quidē fieri poteſt, vt ſę-

pè

pè poſt multos annos legatur prohibitio libri, qui per omniũ manus vagatur; & hic ſæpè etiã accuſatus, cauſa non ſemel examinata, haud prohibitione vlla dignus fuit viſus. An non ſtãdum potiùs prioribus iudicijs, & non huic poſtremo (aliqui aſſererent) in quo *aliquorum malitia praeunte* poteſt minor iuſtitia reperiri propter *amorem in æmulos, odium in Auctorẽ &c? Quid ſi etiam accederet*, quod cum aliqui ex tali conſeſſu cuperẽt alicuius libri lectionis prohibitionẽ, alij alterius eãdem optarent, licet vtrique minùs iuſtè, ambę partes conuenirent ſimul ad ſuffragium ferendum pro illis omnibus vetandis! 2. *Si Iuſtitia non æqualiter cum omnibus, & in omnibus ſeruaretur*; ſed apertè videretur, multos non vetari libros, licet Chriſtianus orbis vniuerſus nouerit plurima attuliſſe, ac afferre incommoda, eò quod illorum Auctores in aliquibus mirificè nonnullorũ fauerint, ac faueãt ſenſibus (quid ſi hos etiã beneficijs afficerent?) licet forſan minùs æquè, ac probabiliter. An ſi etiam exploratum haberetur nõnullos, qui mirificè fauent Hæreticorum (vt aiunt) ſenſibus, imò ipſas continent ſentẽtias, in quib. aliquot ſua fundant Axiomata hæretici, haud prohiberi, quòd horum Auctores in aliquibus nonnul-

lo-

lorum lectionis promulgationem non fuiſſe promulgatam, licet id iam ſtatutum fuiſſet, vbi *nonnullis innotuit, eorum Auctores eſſe admodum gratos quibuſdam*, apud eos multam habere auctoritatem &c a quibus ipſi ſperare poterant non leuia in temporalib. commoda, vel timere damna, ius *ſuum Cuique tributum* quis exiſtimare poſſet? Profectò *illud non cuique tribueretur*: *Si* quidam libri, licet magis cõſonas S. Scripturæ, ac SS. Patrum ſenſib. haberent opiniones, prohiberentur, *Quia nonnihil ſolum aliquãdo nonnullorum Poteſtati demerent*; non damnarentur verò *Qui aliorum etiam naturalia Iura, ac etiam Diuina infringere* viderentur: Prohiberentur *Qui ſubditis fauorabiles in nonnullis forent*; non damnarentur verò illi, *qui nimis deſpoticum ſuperioribus tribuerent imperium &c.* Illud non cuique tribueretur; *Si* a quorumdam Regularium ordinum Auctoribus libri editi non prohiberentur, *ne illi irritarentur &c.* editi verò ab alijs, qui non tantæ ſunt auctoritatis, facilè *proſcriberentur &c.* Et apertiſſimè quidem illud non tribueretur; *Si* prohiberentur libri, qui eſſent in *defenſionem* ab aliorum iniurijs, quæ ſiue verbis, ſiue factis, ſiue ſcriptis illatæ fuiſſent, atque non poſſent illæ aliter propulſari;

(adeo-

(adeoque hi ſolùm expurgandi, in quibus moderamẽ exceſſiſſent inculpatæ tutelæ, ſecus iniqua omninò poteſt eſſe prohibitio &c.) *Si non prohiberentur, vel non ſuſpenderentur libri*, in quibus falſa quędam reperiuntur, *in Hiſtorijs etiam ac Annalibus*, quæ poſtea non leuia poſſent importare detrimenta, ne dum in quib. Hiſtoriæ quædam, Reuelationes, Miracula non vera, nec approbata haberentur, quædã pietatis opera nimis amplificarẽtur; &c. Prohiberẽtur verò libri, & maximè antiquiores, in quibus ſincerè quædam relata fuiſſent, ſenſus priſcorum ſæculorum haberetur, ac illi, in quibus publica quorumdam vitia, quæ commodè aliter nequirent puniri, haberentur &c. Ex *quorumdam piorum*, ſiue *ſpiritualium*, vt dicitur, *librorum lectione factum eſt*, ac fit in dies, vt plebs, ſiue vulgares homines (inter hos autem recenſeo etiam complures *chlamydatos, vt Senec. de vit. Bea. c.* 2. loquitur) in quoſdam prauos abierint, abeantque ſenſus minùs Fidei etiam cõformes, ſibiq; *ſuaſerint, ac ſuadeãt, ſatis ſibi eſſe quędam pręſtare, licet de diuinorum obſeruantia mandatorum non admodum laborent &c.* 3. *Si comperta veritate* nõ reuocetur librorum prohibitio, ſuſpenſio &c. Cum ſummis Põtifices impetrata per *ſubreptionem*,

nem,obreptionem importunitatem &c. Vbi veritas conſtiterit, ac præcipuè ſi ſint in aliorum præiudicium,vel cōtra *ius* acquiſitū, nulla eſſe declarent, vt in *tit. de Reſcrip.* aut ſignificent id apertè in publicis etiam conſtitutionibus, literiſque Apoſtolicis,vnde illa *S.Ber. ep.* 181. *ad Innoc. Pontif.* inter cætera, *Hoc ſolet habere pręcipuum Apoſtolica Sedes, vt nō pigeat reuocare; quod a ſe forte deprehenderit fraude elicitum, non veritate promeritum &c.* An non æquius eſt, vt alij inferiores idem præſtent? Non ſemel quidem a iuſtiſſimis viris olim id præſtitum fuiſſe patet. Suæ exiſtimationi nihil detrahunt; nam præterquam compertum eſt ſatis, cū ſubinde mutentur illi, qui præſunt, & adſunt huiuſmodi Cætibus,varios ac etiam neceſſariò quandoq; eorum eſſe ſenſus, vt obſeruatum eſt *quoq. pon.* 37. *op.*2. *Probab. op.* Omnes ſciunt, eos eſſe homines,qui non ſolum a ſuis animi affectionibus ſuperari interdum queunt, verū etiam ab alijs decipi;*iudicumque Dei* ſolummodo *Veritati,quę non fallit, nec fallitur,* inniti, *Iudicium autem Eccleſiæ nonnunquam opinionem ſequi,quam & fallere ſapè contingit,& falli,vt Innoc.III.C. A nobis de Sent.Excom.* de iudicio etiam Pontificio loquēs apertè fatetur,ideoque nonnunquam reuocandum,

dum, vt ibi *Gloſ.* Illorum potiùs famæ vehemẽter officeret, ſi non retractarent malè iudicata; nam ex parte demeretur laus illa Eccleſiæ tributa *c.* 1. §. 1. *tit. de alien. Feud.* hoc eſt, *Iuſtitię Cultrix.* Iniquus enimuero, ne dicatur impius, eſſet illorum ſenſus, qui exiſtimarent haud tale interdictum reuocandum, *Quia ſic ſui Anteceſſores* iudicaſſent; *Tum quia* ipſi in alijs anteceſſorum exempla, ſiue dicta, factaque haud amplectuntur. Nonne irritarentur, ſi in illis, quæ *modò cupiunt, voluntque &c.* anteceſſorum geſta his aduerſantia ſibi proponerẽtur? *Tum quia* damnarent ipſi, ac meritò, eos qui aſſererent ſe velle in ſuis erroribus, aut hæreſibus, quas tales eſſe percepiſſent, permanere, quòd ſui maiores ijs adhæſiſſent; *At iniuſtitiam fouent*, qui malè iudicata non reuocant: *Tum quia* id apertè eſt contra praxim, *tum* Pontificum pietate, ac prudentia illuſtrium, *tum* talium etiam Cœtuũ &c. *Tum quia* huiuſmodi reuocatio eſt *ſummè Publico vtilis Bono*; nam fiunt cautiores in poſterum illi, qui hiſce conſeſſibus præſunt, & adſunt; ideoque poteſt etiam teneri ille, qui omnibus hiſce Cętibus pręeſt, ac *prę cæteris Iuſtitiæ amãs, & cuſtos eſſe debet*, imperare illis comperta veritate, vt id omnino efficiant, & Auctoribus famã

red-

reddant integram, idque *maximè*, vbi nouiſſet ſecus facilè futurum, vt ingentia quoq; in temporalibus Eccleſiaſtici ſint incommoda reportaturi. 4. *Si conſtaret*, haſce prohibentes leges ferri ad *quorumdam ærarium locupletãdum, ad aliquorum rem familiarem augendam &c.* Facilè autem id ſibi ſuaderent nonnulli, ſi ſcirent *libros vetitos*, qui iuxta legem id iubẽtem traditi fuiſſent quibuſdam, ab *ijſdem ſaltem per alios clam, & aliquando palam, vendi, ac non leui pretio in eadem, vel alia Ciuitate*; ac præterea plurimis *data pecunia* tribui facultatem pleroſq; ac ferè omnes habendi, ac legendi libros, non multa habita ratione an hæc facultas libros ẽt qui hæreſes cõtinere ab ipſis dicũtur, legendi impertiatur viris, qui ſine errandi periculo illa vti poſſint &c. Quaſi hęc, ſimiliſue facultas pericula auferat &c. Modum hunc leges ferendi, quam auaritia ſuggereret, vituperat acriter e *Sacro Prędicatorũ, imò Theologorum Ordine Domin. Sot. lib. 1. de Iuſt. q. 5. quem omnium peſſimum, ac peſtilentiſſimum dicit.* 5. *Si liqueret*, homines modò facinùs multos euoluere libros ſibi cæteroqui noxios, & grauiora hinc inferri damna, quã quę auertere hiſce legib. conati sũt, & conãtur, ijs, quorum conſilio, aut imperio illi prohibentur,

tur, & quos *nos multum, ac IVRE veneramur*. Compertum eſt, *non ſolùm* in Ciuitatibus, quæ cum Eccleſia Romana non communicant, editum fuiſſe Indicem librorum Pontificium cum *præmonitione*, quod is Index verè indicet, *Qui nam ſint legendi libri ad aliquorum eleuandam auctoritatem &c. Verùm etiam*, vbi edictum prohibens promulgatum eſt, complures e noſtris inuadere cupiditatem acerrimam illos legēdi libros, *quorum plerique illorum oculis, ac menti nūquam occurriſſent*; & dummodò norint, non eos veras hæreſes continere, exiſtimare ſe eos legentes non peccare contra prohibētem legem; *vel quia* illa ſe haud obſtringi putant, *vel ſi* norint e priuatis commodis, aut ex libidine rem nonnullis gratam faciendi, aut ex deſiderio famam alicuius minùs illuſtrē reddendi, aut vlciſcendi iniuriam, quam ſibi aliqui putarent immerito illatam &c. legem illam ortam fuiſſe.

6. *Si notum multis foret*, aliquos operam ponere, vt aliqui libri prohiberentur; ne ipſorum inſtituatur reformatio, quæ valde vtilis, imò neceſſaria foret, ab illis, qui ad id habent Poteſtatē.

7. *Si vetaretur* plurium lectio, ac nonnullorum nominatim qui ſolùm aliqua expurgatione indigerent, vt poſſint ipſi ferè omnia, vel plurima

illis

illis contenta, tanquam ſua euulgare, etiam *pon. praced. nu.* 8. indicatum eſt. 8. *Si ſimultates hinc* inter Rempublicam *Eccleſiam*, ac *Ciuilem* orirentur, eò quod hæc permitteret multorum librorum ab illa prohibitorum lectionem, approbaret &c. idq; iure ſe poſſe, imò teneri interdum facere exiſtimaret; moneretque ſubditos, licet aliquorum nimis Eccleſiaſticæ fauentium impreſſionem permitteret ad *impreſſorum commodum, ſiue ad mercaturę conſulendum*, vt illud Apoſtoli conſilium præ oculis haberent, *Omnia probate, quod bonum eſt tenete* 2. *Theſſ.* 5. & quandoque iuberet etiam addi quædam hiſce, quæ tamen ſtatim colligatur non eſſe talium Auctorum, quorum imprimendorum datur facultas; *Quę dum conceditur*, nunquam intelligitur conceſſa *quaſi approbatiua omnium ſententiarum*, quæ illis libris includuntur, ſi vel ſolùm probabiliter legitimis laicis iuribus aduerſentur; nunquam enim prudens Princeps facultatem hac ratione approbatiuã tribuet &c. Quid equidem Publico Chriſtianæ Reipublicæ Bono pernicioſius, quam ſi Poteſtas Eccleſiáſtica, ac Ciuilis inter ſe vehementer diſſentiant? *Certò Statuatur* e verbo Diuino ſcripto, ac tradito, Sanctiſque Patribus, *Quinam ſint vtriuſque Poteſta-*

teſtatis fines; & Pax Chriſtiano reddetur populo. *Veh illis qui nollent id decerni, impedimenta ad id afferrent*, &c. Id verò nunquam obtinebitur, niſi *Quiſque Bonum verè publicum Eccleſiæ a Chriſto inſtitutę priuato ſuo anteferat, huiuſque nullam rationem habendam certo ſentiat*, ac profiteatur coram illis, a quibus huiuſmodi iudicium habendum foret, nec vlla ratione Iudicũ animos ſollicitet &c. At difficiliùs verè hoc euadet, quo facilius aliqui probantur, ac eduntur libri, alij vetantur &c.

V. *Cum* quandoque poſſet eſſe ferè indubitatum, vel communis non vulgarium hominum fama ferre cauſam ceſſaſſe, propter quã aliquis liber vetitus fuit, *vel non extitiſſe* illa vera ſcandala, vel pericula ingentia, propter quorum iuſtum timorem interdicta fuit lectio; *vel Auctorẽ* ritè ſatisfeciſſe obiectionibus, a quibus impulſi ſunt quidam ad tale decretum; *vel non integrè, ac fideliter* illos, quibus recognoſcendus fuit liber traditus, munere ſuo functos fuiſſe, vt *pote qui totum illum haud perlegerint*, *aut non obſeruauerint quaſcumque limitationes appoſitas, particulas quaſdam &c.* ac ſiue ex ignorantia, ſiue ex malitia &c. *legitimum Auctoris ſenſum* illos haud coram alijs expoſuiſſe; *aut etiam ab aduerſarÿs*

O *quę-*

quædam ficta fuiſſe, *aut ſolùm* obſeruata nonnulla, quæ ſeorſim ab alijs in eodem libro repoſitis minoris in aliquos ipſis debitæ venerationis [, nimiæ in opinionibus laxitatis &c. argumenta forent; *vel curatum eſſe*, vt hic liber recognoſceretur a quibuſdam non Auctori beneuolis, ſed æmulorũ amiciſſimis &c. *An obliget tunc in foro interiori* huiuſmodi Decretum, viri Chriſtiana prudentia, ac ſapientia prçditi decernãt. Illud negari profecto non poteſt, *Quin*, cum ſit probabiliſſima celeberrimorum complurium Canoniſtarum, ac Theologorum ſententia aſſerentium non habere vim ſaltem in foro interiori leges, *quç fundantur in prçſumptione, ſi hac in caſu particulari deficiat*, ac præterea docentium *ceſsãte fine adaquato legis in aliquo caſu particulari, ceſſare etiam tunc legis obligationem*, poſſint aliqui viri docti, ſatiſque periti, conſtanteſque in Chriſtianis moribus occultam librorum nonnullorum lectionem exiſtimare ſibi licitam *nulla petita facultate*, quæ cæteroqui foret neceſſaria. *Non paſſim tamen id multis permittendum*; Cauendumque ne aliqui ſuæ nimis arrogent *ſapientiæ &c.* Sufficit quidẽ illi, qui hanc velit ſequi ſententiam, quod probabiliter ſibi ſuadeat, vel ab amiciſſimo viro prudente intel-

ligat

ligat, ſibi haud periculum probabiliter immi-nere incidendi in errores, in peccata contra ve-ram Fidem, veram Pietatem &c.

VI. *Non vnus ſemper fuit* mos in Eccleſia libro-rum lectionem interdicendi: nam 1. *Licet ab Eccleſiæ initio* ſemper in illa variæ fuerint hære-ſes, quæ ab Apoſtolis, SS. Patribus, atq; Oecu-menicis Concilijs damnatæ, nulla tamen anti-quiſſimis illis temporib. videtur *a Sanctiſſimis*, ac *ſapientiſſimis Paſtoribus* lata lex poſitiua, ac nominatim *pænalis*, etiam ſpiritualis, vetans li-bros, aut ſcripta, in quibus haberentur hæreſes. Satis exiſtimabant illi ſuo munere feciſſe, dum vbi notum fuiſſet, quinam *libri hæreticam* (vel etiam apocrypham) *continerent doctrinam*, fide-les hortarentur, *ne eos euoluerent libros*, oſtenſo periculo, quod non ex prouida illorum lectio-ne oriebatur &c. Tenebantur autē ex *Iure Di-uino, ac Naturali fideles ab eorum abſtinere lectio-ne*, cum certum imminebat periculū in errores labendi &c. *Sicuti & nunc multi a multorum le-ctione tenentur abſtinere ex ijſdem Iurib. licet nul-la eſſet lex poſitiua eos vetans*; quod initio cap. 6. op. 1. Animad. indicatum eſt. 2. *Aliquot libri, aliqua* ſcripta, in quibus hæreſes habebantur, prohibita fuere Antiquioribus ſæculis a Prin-

cipibus ſæcularibus Chriſtianis, & Catholicis legitur; eo quod illorum lectio publicæ Populorum Tranquillitati eſſet noxia: *Sub qua ratione* illi exiſtimarunt poſſe hoc, & huic ſimilia multa facere, quæ modo multi non concedunt Sæculari Poteſtati. *Nec negari poteſt*, quin ſi id, aliaq; huiuſmodi Diuino aduerſata fuiſſent Iuri, *Sanctitate, ac ſapientia conſpicui Eccleſiarum*, ac *nominatim Romanæ* Antiſtites Principes illos, quos præſertim *nouerant eſſe Chriſtianæ Religioni valde beneuolos*, ac *pijſſimos* (ex his nonnullus eſt in *Sanctorum etiam album* relatus a Romano Pontifice) *monuiſſent, corripuiſſent*, ac *ſaltem hortati fuiſſent*, ne iſta efficerent, illiſque oſtendiſſent, *iſta Euangelicæ, ac Diuinæ legi repugnare*; ac impiè ipſi egiſſent, dum *quædam ex his vltrò a Principibus ſæcularibus præſtari petijſſent, ac etiã rogaſſent*; imò *huiuſmodi iuſſis libenter quoq; ſemet obſequi profeſſi eſſent*. An non peccaſſent etiam grauiter cõtra munus ſuum, *niſi Chriſtianos monuiſſent*, ac præcipuè Eccleſiaſticos, *ne ſæcularibus illa præcipientibus obtemperarent?* In alijs, quę Diuino aduerſari Iuri agnouerunt, an non Sanctiſſimi, ac Doctiſſimi Præſules Imperatorum iuſſa detrectarunt, apertè illis reſtiterunt, & ad mortem etiam ſubeundam, quam aliqui etiam

op-

oppetierunt, ſe paratiſſimos exhibuerunt? *Potuerunt quidem, poſſuntq; Principes multa Eccleſiaſticis permittere; nunquam tamen illi abdicarũt, vel potuerunt vel poſſunt* abdicare a ſe facultatẽ publicæ populorũ tranquillitati conſulendi, & congrua ad id adhibendi remedia; neq; Chriſtus huic Iuri, quod eſt neceſſariò annexum ſęculari Poteſtati, *vnquam derogauit*, vel *illi derogaſſe* oſtendi poteſt certò, licet illã *Eccleſiaſticę ſubiecerit* in perceptione Sacramẽtorum, explicatione Dogmatum fidei &c. 3. *A Concilio Cartaginenſi* 4. *q.* 16. (hoc habitum fuit anno 398.) imperatum fuit Epiſcopis, ne Gentilium libros omninò legerent. Id reponitur etiam *d.* 37. *C. Epiſcopus*; vbi etiam *C. legimus* affertur *S. Hierony.* ab Angelo correptus, quod Ciceronis libros perlegeret, & *C. Ideò* ex *S. Iſid. lib. 3. ſent. de ſum. Bon. c.* 13. prohibentur Chriſtiani legere *figmenta Poetarum.* Hæreticorum autem librorũ lectio apertè conceditur ab illo Concilio Epiſcopis; Nunc legẽdi libros *Gentilium*, ac libros Poetarum facultas cuique eſt, librorum autem ab hæreticis ſcriptorum, *qui de Religione notabiliter, vel ex profeſſo ſaltem* agant, aut *contineant hæreſim, ſiue hęreſes ſaltem ex profeſſo*, lectio interdicitur etiam Epiſcopis. 4. *Licet octo ab hinc*

ſæculis circiter cæperint Eccleſiaſtici Præſules prohibere libros, quorũ Auctores ab ipſis antea damnati fuerant, *non niſi tamen elapſo ſæculo cæpit ſub pœnis Eccleſiaſticis adeo acerbis illorum lectio vetari*; imò in hoc ſæculo videtur ſolũ cæpiſſe prohibitio librorum etiam illorum, quorũ *Auctores non erant damnati, imò* quorum aliqui de Eccleſia, ac fide Catholica erant *optimè, nedum benè*, meriti. 5. *Index librorum Prohibitorum Vniuerſalis* promulgatus fuit anno 1559. *a Paulo IV.* quem recognouiſſe anno 1560. *P. Iacobũ Laynez Secundum Soc. Ieſu Generalem* habetur *in 2. tom. Hiſt. Soc. lib. 4. n.* 10. Cum autem iſtius Indicis recognitionem iterũ *Pius IV. anno 1562. die 26. Febr. ad Tridentinam ſynodum* reieciſſet, illaque ad id munus ſelectiſſimos quoſdam Patres delegiſſet, atque hoc præſtito, nouoque ab his quaſi Indice confecto, *die 4. Decembr. anno* 1563. ſtatuiſſet, vt ille Pontifici exhiberetur, vt *illius iudicio, atq; auctoritate terminaretur, atq; euulgaretur* (vt videre eſt *ſeſſ.* 18. *ac* 25. *Trident. Conc.*) *Pius* iterum adhibitis *doctiſſimis* viris, vt ipſe ait, ac *probatiſſimis* iterum examinauit, ac *anno* 1564. *die* 24. *Mart.* promulgauit vnà cum Regulis illi præpoſitis: Moderatio autem circa pœnas a Paulo IV. impoſitas adhibita fuit; imò

imò nonnulli Auctores vel ſublati, vel ad aliã claſſem reuocati. Verùm cum adhuc ille recognitione dignus videretur, *Gregor. XIII. anno* 1572. *die* 13. *Sept.* quinque Cardinalibus hoc munus demãdauit, vt videre eſt In illius *Conſt.* 10. ac poſtea *Sixtus V. anno* 1587. 23. *Mart.* ad id etiam Congregationem, quæ modò dicitur *Indicis*, inſtituit: Id cum perfeciſſent Cardinales, *Clem. VIII. iterum anno* 1595. *die* 17. *Sept. Indicem edita conſtitutione* emiſit cum Appendice, approbatione *Regularum &c.* In hoc Indice reponuntur multi libri, qui non tantum *probantibus*, verum etiam *fauentibus nonnullis Summis Pontificibus* editi fuerant. Si Index iſte non eſt alicubi promulgatus, vel nõ vſu receptus haud obligat; ſic enim & celebres Theologi putant, *Concilium Tridentinum, ac Bullam Cęnæ Domini* in multis locis non obligare, *cum ibi* non ſint *publicata*, aut *non vſu recepta*, adeoq; a *pœnis in Bulla Cænæ contentis excuſari legentes libros hæreticorum* etiam *hęreſes continentium* in his locis degentes. Quod idem æquè dicendum de Varijs Conſtitutionibus, ac Decretis, quæ edita fuiſſent poſt Indicis promulgationem. Sufficit autem ad tollẽdam legis obligationem, vt *Vel non ſit publicata, vel nõ vſu recepta*; imò licet plu-

rimi eam vſu reciperent, dum non eſt publicata, illa haud obligat, *quia tunc cenſetur diſſentire Princeps*, qui ſemper ſaltem eſt maior pars reipublicæ, vt ſupra dictum eſt. Poteſt eſſe hic Index *etiam receptus ex parte, & non integrè*, & cum quibuſdam conditionibus &c. Quæ omnia cum non poſſint haberi, niſi a verſatis in publicis negotijs, ad prudentem, ac laudabilem operationem ſufficit eorum auctoritatem ſequi, maximè ſi ſint homines pij, ſinceri &c. Vt *num.* 2. dictum.

6. *Poſt Indicis promulgationem anno* 1607. editus fuit *Index librorũ expurgãdorum*, in quo ſe emẽdare profitetur Auctor libros aliquos prę cęteris a ſtudioſis deſideratos. *An aliqui ex illis bene correcti, & an in multis ſecutus fuerit ſentẽtiã certorum Doctorum, cum tamen alia eſſent valdè probabilia &c.* Videant peritiſſimi. *Nonnullis quidẽ videtur adhuc iſte expurgandus.* Et opportunum quidem foret, vt ex ſententia præcipuarũ Academiarum *Pariſienſis, Salmãticenſis, Louanienſis, Cracouienſis, Patauinę, Bononienſis*, aliorumque illuſtrium fama ſapientiæ virorum non pauci libri expurgarentur; ſiue potius *proponerẽtur errores, qui in illis deprehenſi eſſent, quibuſdam propoſitionibus congruus praberetur ſenſus &c.* Atque hæ *Animaduerſiones*, vel *Notæ apponerentur ad*

oras.

oras, vel in fine, vel principio libri, nullis tamen Auctorũ verbis reſecatis, vt in multis antiquioribus factum eſt *cũ laude*; ſecus.n. nõ ſolum non integri, ac ſincerè illi ederentur, verùm etiam poſſet rationabilis ſuſpicio oriri, an oppoſiti etiã ſenſus, & maximè nonnullis fauentes, conſultò etiam appoſiti fuiſſent. Damnum quod oriri poſſe aliqui putarent, ſi relinquãtur adhuc integri, idem importari poteſt ex Indice expurgatorio, quem quicumq; emere poteſt, in quo Auctorum verba repoſita &c. 7. *Antiquus fuit mos*, vt in Decreto prohibitionis librorum *afferrentur cauſę*, propter quas ille proſcriptus, vt vel *Auctores ſe purgarent*, vel *Lectores ab illis cauerent*, quæ ſcripta fuerant malè &c. Modò autem ſimpliciter prohibentur libri, etiam non miſſis antecedenter litteris ad Auctorẽ cum ijs, quæ illi obijciũtur, & propter quæ videtur dãnanda illius lectio &c. Quare Auctores accuſantur, condemnanturque illis non auditis, & in re grauiſſima illorum Honori, ac famę aliqui ſatagunt detrahere. Certè ſi Auctor adhuc viuens moneretur, vel eo mortuo, ſi ſectatores talis doctrinę monerentur de his, quæ obijciuntur, ea facti excuſatio afferri poſſet ſæpè a Catholicis viris (haud hic ſermo eſt de vero hæ-

retico

retico in illis, quæ pertinent ad hæreſim &c.) vt obiectiones plane inanes oſtēderent, doctrinamque traditam etiam in alijs Auctoribus ab omnibus commendatis, vel ex eorum Principijs haberi certò, imò quandoq; illam eſſe magis S. Scripturæ, SS. Patribus &c. conformem patefacerent. *Neque obſtat*, quod ſit ſemper aliquis, antequam interdicatur liber, qui præſentibus Iudicibus illius ſuſcipiat patrocinium. 1. *quia* nemo aptiùs ſe ipſum defendit, quam ipſemet reus, & maximè ſi ſit vir peritus. 2. *quia* nō rarò Aduocatus iſte, vtpote nihil fermè vtilitatis recipiens eo quod tali Auctori faueat, *leuiſſimè poteſt illum propugnare, nō integrè, ac attentè librum perlegere, illius particulas omnes obſeruare &c.* Poteſt etiam eſſe *amicus eorum, qui minori beneuolentia talem proſequuntur Auctorem*, a quib. etiam clam poteſt ſollicitari munerib. pmiſſis allici, minis terreri &c. vt frigidè causā tueatur &c. 3. *Quia* poteſt eſſe non *valde peritus, ac ſæpenumerò minùs peritus*, quam Auctor; ſolum *in Communibus quibuſdam libris, ac opinionibus* verſatus &c. 4. *Quia* poteſt eſſe etiam *inuidus gloriæ Auctoris, propter priuatus rationes*, illi quoque infenſus &c. Si *hic* ab Auctore inſtitueretur, minor ſuſpicio foret de illius fidelita-

te,

te, ſcientia &c. ſicuti & de ſinceritate iudicij, ſi a voto ferendo remouerētur, qui ab illo *probabiliter ſuſpecti* afferrētur. *Hinc* reijciendi,qui aſſererent,*ideò morem antiquum non ſeruari*,quia in ferenda lege non eſt apponēda ratio,quę legislatorem impulit ad eam: *Tum quia* in multis legibus etiam Canonicis illa affertur; *Tum quia* illa ſaltem indagatur, ac declaratur a Doctoribus,& abſque illa ſaltem vt plurimum leges eſſent inaues: *Tum quia iſta prohibitio* non eſt pura lex,ſed eſt ſaltem Pœnalis, & ſecundū ſe Grauis ; imò potius eſt ſententia lata in Auctores , qui ſæpè ſunt & pietate, & doctrina celeberrimi: *Tum quia* dum non affertur ratio,ſuſpicari nec temerè aliqui poſſunt, nō ſatis idoneam poſſe afferri, ſed illam vel eſſe leuem, vel fictam &c. 8. *A ſeptuaginta circiter iam annis* cępit etiam emanare prohibitio legendi libros a duplici *Congregatione Romæ* inſtituta,hoc eſt *Generalis Inquiſitionis*,cum libri ſunt hæreſim cōtinentes &c. & *Congregationis Indicis* , quæ peculiariter incumbit in recognitionem omnium librorum &c. Solent autem adeſſe hiſce Congregationibus præter *Eminentiſsimos a* Pontifice *electos* aliqui alij ex diuerſis Ordinis Regularibus,ac etiam Sæculares,quorum aliqui habent

bent ſuffragium deciſiuum , alij verò non &c. prout ſummo Pontifici libuerit. Iudicium tamen ſpectat præcipuè ad *Eminentiſſimos*, qui auditis *accuſationibus* (hæ ſæpius repeti poſſunt, & conſultò, & certis temporibus, vt extorqueatur tandem prohibitio) ac *defenſionibus, quas aliquis ad id electus exhibet*, decernunt tandem an liber ille ſit *interdicendus*, et *an abſolutè, an ad tempus*, quoad *corrigatur &c.* Et licet non ſoleat ferri iudicium de aliquo libro, niſi ille accuſetur, vel ſaltem notoria ſit illius malitia &c. facilè tamē eſt reperire accuſatorem, maximè ſi Auctor potentes habeat æmulos, aliqui in Curia ſint parum illi beneuoli &c. Eſt verum quidem; *Tū haſce* duas Congregationes non *habere poteſtatem ferendi legem*, quæ *poſsit obligare fideles ne libros legant*, niſi peculiariter mandante Pontifice ſummo, idque cum certis conditionib. quas legere eſt apud Morales Theologos, de quib. *pon. 37. Opuſc. 2. de Probab.* Opin. Tum licet ab illis vt ſic, declararetur opinio aliqua hęretica, erronea &c. *non teneri fideles aſſenſum internum huic declarationi prębere*. e communi etiam modò Theologorum ſententia, vt declaratum eſt *pon. poſtr. Opuſc. 1. de Probab. Opin.* in quo propēſionem meam erga *Romanum Pontificem oſtendi*,

nam

nam ſcio nō paucos magnæ auctoritatis, ac doctrinæ viros Catholicos mecum illa non ſentire: Imò his addo; *Quamuis in huiuſmodi Decretis errare poſſint, imò aliquādo errauerint hę Congregationes, nunquam tamen illa ſunt contemnenda*, imò aliqua valde commendanda &c. Pro certo quidem habendum, ſemper maiorem illa habitura eſſe auctoritatem, ſi illis Congregationib. prę ſint homines doctrina, pietate, ac prudētia ſingulares, illis ſimiles, quos deſcribit *S. Ber. lib. 4. de Cōſid.* illiſq; adſint etiam *homines ex vniuerſo Chriſtiano orbe ſelecti morum Candore, ſapiētia in quocumq; parentiarum genere, Prudentia, & Charitate, animique Conſtantia* valde conſpicui, qui nullius ſint addicti obſequio; aut voluntati, *in quorum laborib. præmio afficiendis licet ampliſſimi redditus Eccleſiaſtici impenderentur*, optimè, & cum ſumma Chriſtianę Reipublicę *vtilitate*, ac ſingulari Romanæ Eccleſiæ *honore impenderentur. OPTO* quidē ac vehementer, vt hæc Decreta maiori in pretio poſthac habeantur; nam modò ſaltem ſæpiſſimè *vltra Montes* nō admittuntur, ac ſæpe nec in *omnibus Italiæ Ciuitatibus recipiuntur*, atque *in multis Italiæ, vel aliarum Prouinciarum Ciuitatibus*, in quib. illa promulgantur, *non plurimi ſunt, qui ſaltem integrè illa* ſer-

ſeruent, vt *ſupra* indicatum eſt. Cauendum, ne vnquam veritate comprobetur dictum; Quod alicubi quidam nolint viros in ſapientia, ac ſinceritate &c. omni exceptione maiores, quia cũ horum quidam, vt par eſſet, regerentur Conſilijs, minùs multorum emolumento opportunũ id foret. PLACET hìc pro *Obſeruantia in ROMANAM SEDEM* hæc omni animi ſubmiſſione ſuggerere. 1. *Cum nonnulli* valde *Eruditi libri, & quorum Auctores in antiquis moribus, ac inſtitutis ſe valde verſatos declarant, & qui occulta multis quorumdam Conſilia, multiplicesque adhibitas artes ad quędam obtinenda ſincere videntur declarare, & qui conuellere nituntur, nec temerè omninò, Prima quorumdã Principia &c.* editi fuerint, & adhuc Reſponſio non exhibita fuerit ab illis, quorum auctoritate, vel conſilio, vel ſuggeſtione, &c. illi interdicti; id non paucis *Infirmitatem* vel *Cauſæ*, vel *Patronorum* potiùs, videtur indicare, maximè cum nemo non peritus norit, a *SS. ipſis Patribus* argumentis omnibus, quæ protulerunt *Hæretici ab Eccleſia legitimè damnati*, ſolutionem exhibitam fuiſſe. Dictitant nonnulli (hi plerumque ſunt, quibus non eſt ſatis ingenij, iudicijque ad hos refellendos) *Haud eos eſſe reſponſione dignos, Maiorem ex reſponſione illis*
exi-

exiſtimationem conciliari. Verùm idem aduerſarij coram ſuis prædicare poſſunt de libris, qui a nobis conſcribuntur: Præterea patet apertè viris ſapientib. *id* ad ſubterfugiendam reſponſionem, quam ſatis adæquatam nonnullis ſaltem non poſſe præberi ſapientiores plane aſſerunt, interdū dici. Vulgari illi dicto ſolùm vulgares homines, hoc eſt imperituli, aſſentiuntur; quib. etiam facilè ſuadetur eſſe aliqua *de fide*, quę nō ſunt talia, vel ad ſummum probabiliter, aliqua *ingerere ſuſpicionem hæreſis*, aliqua dici *temerariè, ſcandaloſè, impiè &c.* quæ ſapientibus viris non videntur eſſe huiuſmodi &c. Hi autem, vt ſperatur, libri ſi aliquando refellantur: *Ne* quęſo *in ſcommatibus, ſubſannationibus, contumelijs, &c. Vis reſponſionis collocetur: Ne aduerſariorum argumentationes aliter ac ab ipſis, proponantur, ſed integræ omninò, & cum omnibus adiunctis; nam ex his vel vnum ſufficit ad tollendam, vel ingerendam dubitationem de Veritate &c.* Ne *alia, quæ verè nō pertinent ad rem, & ad propoſitam difficultatem, ingerantur: Ne leuiora ſolum quędam confutentur, ac præſertim prolixè &c.* Imitādus enimuerò *S. Chriſoſt.* *qui Homil. 7. in c. 2. ep. ad Philipp.* ait, *Videte quā ego ingenuè, & æquo animo ea, quæ ab aduerſarijs dicuntur, afferam; tunc enim ſplendida, & redun-*

dundans Victoria parta erit,cum illorum argumenta,quæ aliquid roboris habere videntur,minimè abſconderimus; abſcondere enim potius Dolus eſt, quã Victoria. 2.Cum Prouinciæ complures ſemet a *Romana Sede* elapſo ſæculo ſegregauerint cum ingenti ipſius tum in ſpiritualibus,tum in temporalibus detrimento,ac pauci,imò pauciſſimi, ſi dematur vtilitas &c.modò re ipſa ſint Romanæ Sedi addicti (cuius cauſa altiori eget indagatione) par nõ videtur par,vt ipſa,quę ſe *omniũ fideliũ Matrẽ* appellat, *ad iracundiã prauocet* hoſce pauculos filios ſuos , ac præſertim illos qui propter pietatem,vel doctrinam ſummo illi ſunt honori, ac ſæpe patrocinio. Irritarentur verò,& quandoque acerrimè Scriptores aliqui (*parum de hoc laborant iam multi*, nam ſciunt famam iam eſſe communem, *ſæpe haud eſſe æquas haſce prohibitiones*; imò non deſunt,*qui illas optent,eò quod ſic libris*,dummodo non contineant hæreſes,vel falſas doctrinas &c. *maior concilietur auctoritas)* ſi animaduerterent, ſuos damnari libros,*eò quod alicubi degentes minùs in ipſos beneuoli ſint, non defenſio admittatur &c. eadem, quæ in ipſis reprobantur,in alijs approbari; generatim totum librum prohiberi, qui ſolùm aliqua indigeret ad ſummum correctione; hanc nunquam ſibi*

ſigni-

ſignificari, etiamſi illam petierint; aut illam exhibere; adeoque librum nunquam expurgari, qui expurgatione tantùm dignus fuit habitus; reijci opiniones cum grauibus etiam cenſuris, quod minùs illę placeant plurib. Theologis in Italia, ac nominatim Romæ degentibus, *quę tamen probantur in Hiſpania, Gallia &c.* in quib. Prouincijs Principum ſcientiarum ſtudia magis florent, conſpiciunturque viri Plures in ſcientijs, ac maximè in Primarijs Theologię locis verſati (vtpote quibus Primariæ Dignitates Eccleſiaſticæ conferri ſoleant) quam *in Italia*; in qua a nonnullis maximè probatur *Canonum*, ac illorum etiam, qui *in Decretalibus a quatuor ab hinc ſęculis* repoſiti ſunt, peritia, quæ tamen non adeò exacta *Antiquiorum Canonum*, ac nominatim *Decr. Grat.* exigitur &c. *Expedit quidem Romanæ Sedi*, vt multæ opiniones liberè permittãtur, nec ſemet declaret potiùs vnius, quam alterius Patronam, aut ſe ſinat ab vnius ſententiæ fautoribus impelli ad damnãdam aliam; nam prętęrquam talis Cenſura ſæpè non poteſt recipi, idque cum *multorum ſcandalo, minoriq; iudicantium exiſtimatione*, doctiſſimos viros à ſe alienare poteſt, qui in multis cauſis, dummodò probabile id ſibi ſit, pro ipſa non ſentient, alijs fa-

uebūt cum grauiſſimo ipſius, in illis etiam, quæ ſummè nonnulli appetunt, detrimento; præterquam poteſt imminere periculum ſchiſmatis, &c. Quod licet ſit ſemper vitandum, hoc tempore maximè, quo tã exiguus eſt numerus Prouinciarum in Europa, quæ *omnium Paſtorum Paſtorem noſcant Romanum Pontificem*. Cum audiiſſent viri quidam docti, ac valde religioſi non multis ab hinc annis ſtatuiſſe quemdam Pontificem quamdam opinionem damnare &c. publicè profeſſi ſunt, *Se vſque ad ſanguinis effuſionem hanc propugnaturos, vtpote qui exiſtimarent hãc Catholicam, aliam verò hæreticam*; Quos imitati ſunt alij in ſimili occaſione aſſerentes, ſi *Põtifex id definiat, non amplius eſt Pontifex, ſed &c.* Magis, opinor, vtriq; modeſtè dixiſſent, *ſe non teneri talem recipere ſententiam, eò quod non eſt certum apud Catholicos, quod Papa poſſit aliquid definire pertinens ad fidem, niſi conuocato Generali Concilio.* Vtinam ex non prouida quarumdam dannatione ſententiarum plurima non ſecuta hactenus fuerint Eccleſiæ incõmoda; fieri enim uero poteſt, vt vbi ſemel aliquid publicè damnatum, vel ſtatutum ſit, licet non rectè, ne exiſtimationi detradatur, & ne in dubium reuocetur a pluribus, an alia quædam benè definita,

ſta-

ſtatuta &c. factum iam contra euidentes quandoque rationes defendatur &c. indeq; in alijs contrarium ſentientibus vehementes animorũ diſſenſiones oriantur, e quibus deinde in ingẽtes Chriſtiana Reſpublica incidat Calamitates &c. *In exponendis etiam ſcripturis ſententiarum varietatem S. Aug. ep. 19 non diſcordare ab ipſa fidei vnitate docuit.* Quare non niſi *e ſelectiſſimorum*, vt antea dixi, *Virorum voto, ac per ſecreta etiam ſuffragia* Vllus liber (niſi apertè hæreſes iam damnatas approbet &c.) eſſet interdicendus, & maximè ſcriptus ab homine, qui cum Romana communicat Eccleſia, nullaq; nominatim grauiorum cẽſurarum nota vlli inurenda; a qua tamen ſi legitimè Auctor ſe tueatur, illa illico reuocetur: Ac præterea puniendi acerrimè, nedum remouendi ſtatim a munere illi, qui deprehenderentur minus iuſtè iudicaſſe, ac decreuiſſe, ab alijs ſollicitati, vel allecti promiſſis, premijs &c. atq; his etiam, ſi fieri poteſt, grauiſſimæ infligendæ pęnæ &c. *Illi quidem ſuſpendendi libri,* qui aliorum e noſtris opinionibus valde Probabilibus &c. *Quaſdam cẽſuras graues apponunt, iniurias iaciunt in Auctores, illos aliqua ſentientes, vel ſcribentes inducunt* (hoc non rarò faciunt hæretici de Catholicis

 Opi-

Opinionibus differentes, & aliquando Catholici ſcribentes de illis, quas Hæreticas appellant) *quę reapſe non ſentiant, vel ſcribunt*; in non paucos enim e noſtris (*neſcio quorum culpa, aut exemplo*) iam inualuit conſuetudo, quæ verè eſt contra Chriſtianos, Moraleſque mores, ac meritò Corruptela ingens appellari poteſt, vt *non niſi in Cõtumelias, Detractiones, &c.* eaſq; ẽt grauiſſimas erũpẽtes de quæſtionib. inter nos etiã controuerſis ſcribant. Id ſane *S.Hier.* hæreticorum eſſe proprium cenſuit *in fin. Apol. adu. Ruff.* cuius verba protuli *in fin. n.7. Epiſt. praſixę Opuſ. Trib. Animad.* In hac quidem conſuetudine, quę nullus non fatetur eſſe valde prauam, noxiamque exterminanda diligens opera ponenda foret, *& maior quidem*, quam in alijs, quæ ſolùm iuxta aliquorum ſenſus, qui quandoq; deprauati ſunt, *corruptelæ* dicuntur: Et initio quidem hi libri, licet e quorumdam incuria editi, forẽt ſuſpendendi, harumq; diſſenſionum, quę oriuntur ex iniurijs &c. *Scintillæ initio extinguendæ, ne incendium latiùs ſerpat*, quod difficillimè, ac ne vix extingui poſſit; indeque a verbis ad vulnera &c. progreſſus fiat. *Exultant Romanæ Sedis parùm amici, dum vident illius ſubditos ſe inuicem appellare Lutheranos, Caluiniſtas, Arrianos, Pelagia-*

lagianos, Hæreticos, Iudæos &c.

3 PONO *E Catholicis ſcriptoribus*, *& qui Catholicè ſcripſerunt*, *& quorum libros euoluere fas eſt cuique*, præferendos per ſe illos, *Qui Piam, vel magis Piam duxere vitam*, quam qui minùs piã, vitiiſq; infectam, ac illis nominatim, quæ mentis aciem obtundere peculiariter ſolent: Nam non tantummodò *Initium ſapientiæ Timor Domini*, Atque *Intellectus bonus facientibus eum* Pſal. 110. verum & Praui quidam habitus *teſte Philoſopho*, *teſte ratione*, *teſte experientia* tam tetras intellectui tenebras offundunt non raró, vt conſpicuam cuique fermè vitiorum quorumdam turpitudinem non internoſcat: imò quandoq; ſunt nonnulli, qui vt excuſatione ſua tegant delicta, licet infanda, *conſultò rationes etiã indagant verè leues, futileſque*, vel ad illorum deformitatem negandam, vel ad minuendam illorum grauitatem; ac præterea *nonnunquam illa per ſe licita reddere ſatagunt:* Et cum aliquando hi ingenio valeant, multumque auctoritatis habeant in populis, huiuſmodi crimina diſſeminantur, & vulgo approbantur; *Atque viri ſapientes vel non poſſint eorum malitiam, vt par eſſet, poſtea declarare*, vel *non audeant, eo quod ingentia ſibi metuant mala*, aut *ſint ignaui homines*, aut *pu-*

tent ſe ad id non teneri, quod irritus ſit futurus in hoc ipſorum labor; Fieri etiam poteſt, vt aliqui ex his animi parum ingenui, ac fortis, re ipſa, ſi nō mente, illa approbent. Iuſto Dei iudicio accidit, vt non paucæ etiam nationes olim, ac modò quædam tanquam iuſtè, ac piè facta exiſtimauerint, ac exiſtimēt, quæ certè natura etiam duce, ac magiſtra, iniuſta ſunt, ac impia; nec nō præclariſſimi quoque Philoſophi in ſententias abierint inſito rationis Lumini haud cōſonas. *Ex quorumdam vitÿs factum eſt, ac fit, vt in hæreſes multas lapſi fuerint, ac labantur, Catholicaſque veritates perturbata ipſorum phātaſia, apertiſſima exiſtiment eſſe mendacia, Catholicaſque probationes putent eſſe Sophiſticas argumentationes.* Vtinam inter Catholicos nunquam ſint vlli, qui laqueis irretiti, vel ſuperbiæ, vel auaritiæ, vel alienorum concupiſcentiæ, vel in alios dominatum exercendi nullis definitum legibus &c. *Opiniones proferant, quas ad ſpeciem etiam quamdam ſimulatæ virtutis traducant, aduerſantes ipſiſmet naturæ effatis, & ipſimet Euangelio, Diuiniſq; Traditionibus a vetuſtiſſimis SS. Patrib. ad nos delatis*; nouumque Euangelium, nouaſque Traditiones Diuinas proponant, a Chriſto edocta, ac imperata ſolùm antiquis primigeniæ Eccle-

ſiæ

ſię temporibus vim habuiſſe aſſerentes;ac tacitè puſillanimis, abiectique animi inſimulantes, *tum* antiquiſſimos Eccleſiæ Proceres, quod ob Regum, Tirannorumue timorē factis, aut verbis a Chriſti mandatis diſceſſerint in pluribus, *tum* antiquiſsimos Patres,quod ſacras explicātes litteras non congruos,aut opportunos illis protulerint ſenſus &c. Iſtæ quidem opiniones ſi vnquam probarentur ab illis, qui ſe Catholicos nominant,ac putant;nonne illi, quos nos Hęretici appellamus,eoſq;tali nomine dignos cenſemus eò quod a maiorum ſuorum inſtitutis in illis,quæ ſpectant ad fidem,recedere exiſtimemus, ſic ſentientibus, illiſq; conſentientibus ſimile nomen non immeritò imponerent.

HIC tamen Cauendum eſt 1. *Ne Piorum virorū* nomine intelligantur illi, qui collo ſunt obtorto, aut in anteriorem partem flexo, vel qui B. V. Roſarium,ſiue Coronam præ manibus ſemper habent, vel omnibus interſunt ſacris, quæ in aliqua celebrentur ęde ſacra,vel quibuſdam dediti ſint obſeruationib; in ieiunijs, ac huiuſmodi corporis vexationibus &c. *Cęterùm ſunt viri duriſſima ceruicis, immiſericordes, ſuperbi inſtar luciferi, auari, infideles, fraudulenti, detractores mirifici &c.* Illos verè pios exiſtimes ...

Chriſti obſequuntur mãdatis, ac peculiares ſibimet preſcriptas leges ſeruant;& quò perfectiùs aliqui id efficiunt,eos magis pios exiſtimes. Si in aliquo deprehenderis ea Charitatis ſigna,quæ *Apoſtolus ad Corinthios* ſcribẽs enumerat, eum proculdubio pium,ac ſpiritualem; ſin minùs, quæcumq; hic præſtiterit, licet miraculorum eorumque ingẽtium virtute inſignis foret, in impoſtorum numero proculdubio illum habeto. Nec vllus mentis compos negare poteſt, quin magis inter pios recenſendus ſit ille, qui Diuinæ cultor legis, ac in proximum ea quæ poteſt Commiſerationis,atque Charitatis argumenta proferens vniuerſos ferme vitæ ſuæ dies impendit in ſtudendo,|vel in ſcribendis libris,qui aliorũ commodis, ſiue ſpiritualibus,ſiue temporalib. inſeruiant,quã ille qui frequenter ieiunat, frequentiſsimè Eccleſias adit &c. ſed eſt *aliorum contemptor, facilè de alijs mala ſentit, aut ſuſpicatur, omnia ſibi deberi arbitratur, in promiſſis, contractibuſque eſt infidelis,alijſq; fraudem quaſi vulpecula facit, capitale cõtra aliquem ſuſceptum odiũ nunquam mitigat &c.* Et tamen hic interdũ vulgò ſpiritualis habebitur, ille verò etiam hæreticus dicetur nonnunquam,illorum opera maximè,contra quorum aperta vitia calamum arripuit.

ripuit. Sulpitius quidem Seuerus de *Virtut. Monac. Orient.* Dialog. 1. c. 3. ſic ſcribit. *Apud Hieronymum ſex menſes fui; cui iugis ADVERSVS MALOS pugna, perpetuumque certamen conciuit odia PERDITORVM. Oderunt eum HÆRETICI, quia eos impugnare non deſinit. Oderunt eum CLERICI* (quidni etiam Regulares quidā) *quia VITAM EORVM INSECTATVR, ET CRIMINA. Sed plane eum BONI OMNES ADMIRANTVR, ET DILIGVNT. Nam qui eum hæreticum eſſe arbitrantur, inſaniunt. Verè dixerim, Catholica hominis ſcientia, ſana doctrina eſt. Totus ſemper in lectione, totus in libris eſt, non die, non nocte requieſcit, aut legit aliquid ſemper, aut ſcribit.* Cauendum 2. *Ne putes*, eò quod aliqui fuerint, ſintue viri non pij, non in multis veritatem attigiſſe. Ethnici ipſimet Philoſophi, in quorum pleriſque ſaltem vitia, eaq; nō leuia, multi animaduertunt, nonne plurima tradidere veriſſima, Chriſtianiſque veritatibus mirum in modum conſentientia? Actiones enimuero *Appetitionib.* non *Cognitionib.* conſentaneæ ſolent eſſe.

4. PONO *Præferendos per ſe* illos, qui in ſuis ſententiis fuerunt *Humaniores*, quam qui minùs Humani; *Humanitas enim eſt quam maximè hominis propria.* Sunt nōnulli quidem homines

duri,

duri, ferrei, ne dicã ferini, certè inhumani, adeoque hominis nomine indigni. *Suadẽt ſibi Deum eſſe veluti animarum carnificem*, & quaſi ardere deſiderio mortalibus quibuſcũque, vel pleriſq; ſaltem ſempiternas decernendi pœnas; ac inſtar Neronis gaudio exultare, dũ animas æternis vri ignibus e cælo videt. *Suadent ſibi Eccleſiam eſſe Nouercam*, quæ lętitia geſtiat, cum filij ſui perpetuos, eoſque acerrimos ſubeunt cruciatus: *Sibi ſuadent Principes, ſiue Magiſtratus Eccleſiaſticos, ac Sęculares eſſe perditiſſimos Tyrannos*, quorum ſit conſilium ſibi ſubditos crudeli dominatu premere, & crudeliori quam Turcico; ideoq; omnes ingenij neruos intendunt, vt plures cuniculos, aſperaſq; ſternant vias, e quibus hominum animæ in inferorũ barathri ima præcipites ruant, cum tamen potiùs illius manus eſſet porrigendæ, præſidia ſuppeditanda, cum ruere cæpiſſent, quibus innixi in ſuperiorem locum aſcenderent. Humaniores ſolent eſſe præ cæteris; *Tum* in quibuſdam orti regionib. vt Itali, Galli &c. *Tum* viri nobilitate præſtantes, qui & Italicè *Gentil'huomini* dicuntur, *Tum illi*, qui e patria diſcedẽtes Ciuitates alias, ac regiones adierunt; *Tum illi*, qui in aliquã incidere calamitatẽ, ſiue animi, corporiſue ægritu-

tudinem; hi enim aliorum euentus, fortunaſq. tentationes, peccata &c. Commiſerari ſolent, in ſe ipſis aliquod infelicitatis genus experti: *Tum illi*, & maximè, qui animarum ſalutis, & ad veram Dei gloriā ſunt auidi, & in hoc ipſo operam ponunt: Ab hoc autem ſolent alieni eſſe homines quidam ſolitarij, & qui in cubiculo degētes Methaphyſicas quaſdam ſubtilitates euoluunt. Diſcant hi *a Deo* velle miſericordiā, & nō Sacrificiū. *Diſcant a Chriſto* humaniſſimè ſalutis ęternę iter oſtendere, quod in duobus Charitatis præceptis executioni mādandis repoſitum eſſe pronunciauit. Diſcant ab *Apoſtolis* non intolerabile inſtar Moſaicæ *Euangelica legis onus* reddere. Saluberrimū quidē eſt *S. Aug. ad Ianuar. ep. 119. c. 19.* monitum, ne *Religionem noſtram reddamus odioſam, ac ſeruilem, quam Dei miſericordia voluit eſſe liberam etc.* Quam doctrinā probat S. Th. 1. 2. q. 107. a. 4. in Corp. vbi inquit ex D. Aug. *moderationem eſſe præceptis, ſiue legibus adhibendam*, ne *cōuerſatio fidelium oneroſa reddatur*. Humanitatem enimuero cōmendabilem præſeferunt illi, qui plurima in ſacris maximè Canonibus, ſimilibuſq. Eccleſiaſticis conſtitutionibus, quę mirificè in hoc, atq. prę-terito ſęculo multiplicatę ſunt, vt videre eſt in

Bul-

Bullario repoſita, *Vel conſilia, ac hortationes eſſe, Vel licet ſub Diuinæ iræ, æterniq. ſupplicij comminatione videantur denunciata, ſolummodo aut ad terrorem incutiendum, aut ad pænam, eamque etiam poſt Iudicis ſententiam ſubeundam*, aut *certè contra Contumaces tantum, & qui ex contemptu illis non ſe obſequentes præberent etc.* ab Eccleſia, quæ ſe piam Matrem fidelium appellat, propoſita eſſe arbitrãtur. *Si Seueri aliqui Auctores* Humanioribus ſunt præferendi, illi equidem: *Tum qui nominatim de Simonia* agentes minùs laxas quaſdam proſequuntur ſententias; nam in illos dumtaxat, & bis zelum ſuũ exercuit Chriſtus, qui *Domum orationis* faciebant *Domum negotiationis*, de quo legantur S.S. Patres: *Tum* qui videri poſsũt Auſteri in quoddam hominum genus, qui *ſunt Cauſa ruinę Populorum*; hos autem nominãt *& S. Greg. lib. 7. ep. 114. lib. 9. ep. 64. et c. 3 Præf. in* Iob, alijque ſubſequentes doctrina, & pietate celebres Pręſules, ac Doctores, atq; etiã *anno* 1522. *Adrianus VI.* Doctiſſimus, ac integerrimus Pontifex in *Mandato* miſſo ad ſuum in Norimbergico Conuentu Nuncium, quod ibi lectum, ac paulo poſt impreſſum. Hi excitãdi, ſtimulandi etc. *Quorum domus, & conuerſatio, quaſi in ſpeculo poſita* (vt inquit *S. Hieronym.*

in epitaph. Nep. ad Eliod. loquens de epiſcopis) *magiſtra eſt publica diſciplinæ, quicquid fecerint, id ſibi omnes faciendū putant.* Generatim, QVI *Benignitati, Manſuetudini, & Charitati Chriſti, ac Petri, Pauliq.* (ſemel tantum duobus Deū mortem attuliſſe orante *S. Petro Act.* 5. legitur) conformes proferunt opiniones, alijs præferendi. Nec dubitādum, Quin, ſi (vt par equidē foret) illa adhiberentur media congruè, ac opportunè, quę Chriſtus in Eccleſia inſtituit, & Apoſtolos docuit, ad hoc vt Pax, & Charitas inter Chriſtianos vigeret, feliciſſimus foret Chriſtianæ Reipublicæ ſtatus abſq; tot ſcriptorum ſententijs Euangelicæ Manſuetudini, Humilitati, ac Miſerationi parum conſonis: Quas nonnulli nolentes illa adhibere, vel vt ſuis obſecundantes commodis, ſiue affectibus auidè amplectuntur.

V. PONO Præferendos per ſe illos, quos magis ab Aſſentationis vitio remotos fuiſſe eſt veroſimilius; nam cum Adulatoribus *omnia Principum honeſta, atq; inhoneſta laudare mos ſit,* vt *Tacitus lib.* 3. *Ann. inquit, dicunt bonum malum, & bonum malum. Iſa.* 5. Tales exiſtimandi *Tum in quibuſdam Prouincijs, ac Ciuitatibus orti; Tum in nonnullis Religioſis cœtibus educati; Tum*

pieta-

pietate inſignes oriri; Tum a diuitiarũ, honorumq; cupiditate alieni. Tũ in quibus generoſus, fortiſq; animus viget; Tum nullorum ſeruitio, ſiue famulatui mancipati etc. Et ſicuti negari non poteſt, quin Auctores aliqui, Theologi quoq. Iuriſq; Canonici, nedum Ciuilis periti adblãditi fuerint Principibus ſecularibus, iuriſdictionem illis tribuentes, quam neq; ex Iure Diuino, neq; ex Iure naturali, neque ex Iure etiam poſitiuo Iuſto illis congruebat, *vel quia* malè de Chriſti inſtitutis ſentiebãt, *vel quia* eorũ natura parum in Eccleſiaſticos propenſa erat, *vel quia* ex peculiaribus cauſis illos odio proſequebantur, *vel quia* Principum gratiã aucupari cupiebant, *vel quia* aliquod emolumentum ab illis ſperabant, *vel quia* ſic ab illis iuſsi, quorum imperium, licet in re non æqua, detrectare non audebant; Ita nemo prudens dubitat, quin multos habuerint aſſentatores Eccleſiaſtici Præſules, ac nominatim Romanus Pontifex, qui ſuis opinionibus licita reddere conati ſunt nonnulla, quæ erant certè illicita. Fatentur hoc inter cæteros illi, qui iubente *Paulo* 3. interfuerũt *Conſilio de emendanda Eccleſia*, hoc eſt *Gaſpar Cardinalis Contarenus, Ioãnes Petrus Cardinalis Theatinus (qui poſtea Paulus IV.) Iacobus*

Car-

Cardinalis Sadoletus, Reginaldus Cardinalis Anglicus, Fredericus Archiepiſcopus Salernitanus, Hieronymus Archiepiſcopus Brunduſinus, Ioannes Matthaus Epiſcopus Veronenſis, Gregorius Abbas S. Georgij Venetijs, & F. Thomas magiſter ſacri Palatij; qui poſtea inter Cardinales vnà cum alijs tribus ab eodem *Paulo* adlectus fuit: his enim omni exceptione maioribus viris *Paulus III.* mandauit, vt nullius aut *commodi ſui*, aut *cuiuſpiam alterius habita ratione ſibi ſignificarēt abuſus illos, grauiſſimos videlicet morbos, quibus iam pridem Eccleſia Dei laborabat*, ac *præſertim Romana Curia, quibus effectum propè eſt, vt paulatim, ac ſenſim ingraueſcentibus peſtiferis his morbis magnā hanc ruinam traxerit omnium* oculis expoſitā (Viginti autem Nouem abuſus enumerant, e quibus *Nouem* pertinent ad cōſtituendos Miniſtros, quibus Romanus Pōtifex velut inſtrumentis vti debet ad cultum Dei bene adminiſtrandum, & populum Chriſtianum in vita Chriſtiana benè inſtituendum, ac regendum, *Sexdecim* ſpectant ad Gubernationem Populi Chriſtiani, *Quatuor* ad Romanam Ciuitatem, & Eccleſiam) Nam huius Conſilij anno 1637 exhibiti paulo poſt initium ſic habent. *Quoniam Sanctitas tua ſpiritu Dei erudita, qui, vt in-*
quit

quit Auguſtinus, loquitur in cordibus nullo verborum ſtrepitu, probè nouerat, principium horum malorum fuiſſe, quod nonnulli Pontifices Tui Prædeceſſores PRVRIENTES AVRIBVS (vt *inquit Apoſtolus Paulus* 2. *Timoth.*4.) COACERVARVNT SIBI MAGISTROS AD DESIDERIA SVA, *non vt ab eis diſcerent, quod facere deberent*, SED VT EORVM STVDIO, ET CALLIDITATE INVENIRETVR, *Ratio*, QVA LICERET ID QVOD *liberet; inde effectũ eſt (præterquam Principatum omnem ſequitur* ADVLATIO, *vt vmbra Corpus, difficillimuſq; fuerit ſemper aditus* VERITATIS AD AVRES PRINCIPVM) *quod confeſtim prodirent Doctores, qui docerent, Pontificem eſſe Dominum Beneficiorum omnium; ac ideò, cum Dominus iure vendat id, quod ſuum eſt, neceſſariò ſequi*, IN PONTIFICEM NON POSSE CADERE SIMONIAM, *ita quod* VOLVNTAS *Pontificis, qualiſcumq; ea fuerit*, SIT REGVLA *quæ eius operationes, & actiones dirigantur: ex quo proculdubio effici*, vt QVICQVID LIBEAT, ID ETIAM LICEAT. EX HOC *fonte, Sanctiſſime Pater, tanquam ex equo Troiano, irrupere in Eccleſiam Dei tot abuſus, & tam grauiſſimi morbi, quib. nunc conſpicimus eam ad DISPERA-*

TIO-

TIONEM FERE SALVTIS LABORASSE, & *manaſſe harum rerum famam ad infideles vſque* (*credat S.V. ſcientib.*) qui *ob hanc præcipuè causã Chriſtianã Religionẽ derident, adeo vt per nos, per nos (inquimus) nomen Chriſti inter gentes blaſphemetur &c.* Horum quoq; calliditati tribuuntur in eodem Cõſilio plurimi modi, quib. illuditur legi decernenti, *ne beneficia teſtamento legentur, nulluſq; hæredem Beneficij ſibi conſtituat &c.* Vtinam non omnes fermè abuſus, qui ibi enumerantur, aſcribãtur Theologis, & Canoniſtis ad Pontificum ſenſum, ac voluntatem loquentib. Conſilium iſtud integrè legitur in *tom. 3. Concil.* editorum per *Petrum Crabbe Coloniæ Agrippinæ* 1551. qui *tom. 3.* attingit *ſeß. 6. Concil. Trid.* ac in fine *ſummæ Conciliorum typis Salmanticenſibus anno* 1551. illius meminit *Claudius Eſpẽceus cap. 1. epiſt. ad Titum*; modò autem quorumdam opera ferè ex hominum memoria abijt. Ex his autem patet 1. *Falſum eſſe*: quod hæretici quidã dictitant, a plurib. ſæculis *Pontifices omnes adulantes ſibi Doctores quaſiſſe*; Nonne hic Pontifex *Paulus* 3. cui certè alij Pontifices noſtris ſæculis in pietate præcelluerunt, nouẽ illis viris ad ſe accerſitis *grauiſſimis iniunxit verbis* (ſic habetur in eo Conſilio) *vt omnes illos abuſus colligerent*,

rent, ſibique ſignificarent; obteſtatus eos reddituros eſſe rationem huius negotij ipſis demãdati Deo optimo, ſi negligenter, atque infideliter agerent; atq; vt omnia liberius inter ipſos tractari poſſent, ſibique ſignificari, Iureiurando illos adſtrinxit, addita etiã excommunicationis pœna, ne cuipiam aliquid huius ſibi demandati muneris proderent. Nonne eodem quoque *Paulo* 3. conſentiente ab *Ambroſio Catharino* (cuius auditor *Iul.* 3. fuit) editus fuit *Romæ* liber inſcriptus *Speculum Hæreticorum*, in cuius Præfatione vſurpat illud Propheticum, *A Planta pedis &c.* loquens de E.R? Imitatus eſt hic Pontifex *Clementem V.* qui *ſcripſit, & mandauit omnibus Archiepiſcopis, & Epiſcopis per ipsũ ad futurum Concilium Generale Viennæ euocatis, quod per ſe & per alios diligenter inquirerent, deliberarent, ſcriberent, & in ſcriptis ad dictum Concilium deferrent omnia, quæ pro bono ſtatu Eccleſiæ, Populi Chriſtiani, & Exaltatione fidei eis vtilia viderentur*; Idcircò *Gulielmus Durantus Epiſcopus Mimatenſis*, dictus *Speculator*, ſcripſit *Tractatum de Mod. Proced. in Conc.* qui impreſſus eſt in *tom. 13. Tract. Illuſtr. in Vtr. tum Pontif. tum Cæſar. Iur. Facul. Iuriſ.* & eſt in tres partes diuiſus; in cuius initio fatetur, ſe neceſsitate obediendi compulſum *perlectis cum diligentia SS. Patribus,*

Con-

Concilijs Generalib. Prouincialibus, & alijs proſtatu uniuerſali Eccleſiæ conſtitutis, in quibus in pluribus eſt receſſum &c. illum ſcripſiſſe; in quo repoſuit multa in *Curia Romana* emendanda; quibus aliquot leguntur affinia in *libello Petri de Alliaco Cardinalis Cameracenſis*, qui adiunctus eſt *Aeneæ Siluij*, ſeu *Papę Pij II. libro de Geſtis Concil. Baſil.* Sapientiſſimi Pontifices *ſciunt*, nō ſolùm pleraque occultiſsimè ab ipſis geſta fieri palam a miniſtris, intimiſque allectis pecunia &c. atque plurima, quæ ad ipſos ſpectant maxime, quo magis cęlari concupiſcunt, eo ampliùs manifeſtari, ac euulgari; verum & expedire vt publica narrentur, ne noſtri hoſtes illa nobis obijciant, noſq; omnes appellent aſſentatores, *Sciunt nullam orationē (* vt *Mar. apud Sall. in Bello Iugurt.* ait) ipſos, ſi Diuinæ legi, Sanctorumque Doctorum inſtitutis verè conſonam agant vitam, *lædere poſſe, quippe vera neceſſe eſt bene prædicet, falſam, vitam moreſque ipſorum ſuperare*; *etiam Sciunt*, dum vera ipſi flagrant cupiditate prauos quoſdam mores, præſenti qualibet vtilitate poſthabita, corrigendi (quod non niſi a fortiſsimo, conſtantique viro, ac virili prorſus, non fœmineo animo præſtari poteſt) alios de illos corrigendi modo non cogitare &c. Ideo-

que amant ipſi ſolum illos laudatores, qui, vt ſcribit *S. Bern. ep.* 78. *ita bona laudare ſolent, vt lactare in malis non nouerint*; nolũtque *mellito* adulationis *laqueo*, ſic eam *Diogenes* appellat, iugulari, adeoque æterna notari ignominia. 2. *Non eſſe mirandum*, quod multæ ſententiæ prodire poſſint, ac fieri quaſi communes ad auctoritatem Pontificiam ſpectantes, quæ minùs iuri Diuino, ac Naturali, ac Rationi viderentur congruæ, cum id iam euenerit in nonnullis, quæ altas radices in mentibus etiam hominum non vulgarium defixas reliquere; *Quod* accidit: *partim quia* ab ipſo alicuius controuerſiæ primordio non defuerunt vnquam Põtifici aſſentatores, qui *ſpe lucri*, vel *honoris*, ac *Priuilegiorum cupiditate*, vel *fauore*, aut *timore ipſius &c.* poteſtatem ipſius plus nimio extollerent; *partim quia* rationes, & argumenta, quibus illa poteſtas innititur, magnum præſeferunt cuiuſdam *probabilis Pietatis* ſpecimen rem minùs accuratè conſideranti; *partim quia* quamuis plurimi *tum pijſſimi tum eruditiſſimi* viri ſemper extiterint, & hodie etiam exiſtant, qui *contrariam ſecuti fuerint*, ac *ſequantur ſententiam*, ne tamen vel Pontificis indignationem *(cuius argumenta exhibere poteſt quaſi in omnibus Chriſtianis Prouincijs*, vel

erga

ergà Auctores, vel erga ipſorũ cõſanguineos, amicos &c.) incurrerent, vel incurrant; *controuerſiã illam ſilentio præterire, Veritatemq; ipſam non derelinquere negando, ſed ſilendo tantùm occultari ſatiùs eſſe* iudicaruntur, iudicantque; *partim quia* non conſueuerunt pleriq; Pontificum plurimis ab hinc annis libenter permittere, vt ſuorum prædeceſſorum res geſtæ, aut opiniones, quæ auctoritati Papali ſuffragantur, vel oppugnẽtur, vel in dubium reuocentur; ideoq; tam Põtifex ipſe, quam locorum Ordinarij, atque Hæreticæ Prauitatis Queſitores ſatis ſunt ſolliciti; *Tum ne libri aliqui, qui Põtificis poteſtati derogare videntur, in publicum prodeant*, & ſi prodierint, *vel omninò ſupprimantur, vel a nemine abſq; facultate ſpeciali, eaque in ſcriptis habita perlegantur, donec expurgati fuerint; Tum vt memoria deleatur librorum antiquorum, e quibus multa deſumi poſſunt illi haud fauentia*. Atque ita difficillimum eſt, *inquit doctiſſimus, ac pijſſimus vir Rog. Vuidd.* hiſce præſertim temporibus, aut in libris Catholicorum Clauſulã vllam reperire, quæ oppoſitæ patrocinetur ſentẽtiæ, aut certò cognoſcere, quid ſcriptorum Catholicorum plerique modò ſaltem ſentiant; *nam ſæpiſſimè aliorum verbis loquuntur, licet inuiti*: Quod tamen nõ eſt

ſinceri ſcriptoris. Si equidem Princeps,ac Magiſtratus ſæcularis , vbi aliqua controuerſia exorta eſt,eam adhibuiſſent diligentiam, ne libri aliqui in ſuis ditionibus euulgarentur ipſorum poteſtatem imminuentes,donec Lis dirimeretur a legitimo talium quæſtionum Iudice ; qua vſi ſunt Pontifices, ne quidquam ipſorum extenuãs poteſtatem in lucem prodiret, non tam communes modo dicerentur aliquæ *opiniones Eccleſiaſticæ, ac Põtificiæ Poteſtati admodum fauorabiles: Quare Antiquiores libri* sũt euoluendi potiſſimè; quos licet multi conati ſint, & conẽtur ſupprimere,vel ſaltem in plurimis, ſi nequeant illorum auctoritatem eleuare, mãcos reddere ; præterquam in nobiliſſimis, ac primarijs Bibliothecis antiqua illorum nõ deſunt exemplaria, *in quibuſdam Ciuitatibus non pauci ex illis integrè,ac fideliter imprimuntur,ſicuti & aliqui recentiores habita Ciuilis Poteſtatis facultate , cum magno Chriſtianę totius Reipublicæ emolumento*;nam hinc opiniones nonnullę, quæ S. Scripturæ, Sanctorumque Patrum dictis non videntur conſentire,faciliùs excluduntur,quãuis Theologorum plerique illas admitterent, ac tuerẽtur; *Theologorum autem Communis etiam ſenſus*, nedum plurium dumtaxat numero, ac

certorum, *præferendus eſt ſine dubio ſenſus Communis SS. Patrum,* qui non ſolet inniti, niſi Diuina auctoritate. 3. *Sicuti digniſſimi* ſunt laude hi nouē viri adeò ſincerè exponētes *Paulo 3.* abuſus, qui ob Pontificum aliquorum *malitiam*, vel *incogitantiam*, vel *ignorantiam* (nam etiam per *malitiam* poſſe illos *clauibus abuti* in his fatetur *Canus lib. 5. de loc. Theol. cap. 5. concl. 1.*) in Chriſtianam Rempublicam, ac præſertim in *Romanā Curiam* irrepſerant, ac vehementiſſimè hortati ſunt, vt eos omninò tolleret &c. Sic tanquam peſsimos adulatores habēdos eſſe illos, qui poſtea eidem, ac ſubſequētibus Pontificibus ſuaſerunt, ne ad id manus admouerent, atque pleroſque ex iſtis tanquam legitima iura haberēt: Ex quo ſecutū fuit, vt Scriptores nō pauci *Stylum Romanę Curię* in nonnullis ex his tanquam legem, vel tanquam rationem probabiliter, vel probabilius id ſuadentem afferant. Nollem vllos vnquam reddi ſimiles iis, quos *S. Aug. ſer. 44. in Ioan.* commemorat, *Qui* ſcilicet *faciendo quod malum eſt, etiam mala conſuetudine ſe implicant, vt ipſa conſuetudo mali non eos ſinat videre, quia malū eſt; fiunt defenſores malorum factorum ſuorum; Iraſcuntur, cùm reprehēduntur in tantum, vt ſodomitæ quidam dicerent viro iuſto reprehen-*

denti nequiſſimam voluptatem, Habitare veniſti, non leges dare. *Tanta ibi nefandæ turpitudinis conſuetudo erat, vt iam nequitia eſſet iuſtitia, prohibitor potius reprehenderetur, quam factor.* Sibi aliquis Regularis ordo *in Hiſt. ſuæ tom. 2. lib. 7. an. 44.* laudi tribuit, idq; tanquam præſtans in Christianam Rempublicam meritũ prædicat, quod quidam e ſuis cum *Ferdinando Imperatore* egerit, & obtinuerit contra alios Theologos aliter ſentiẽtes id quod *Cardinalis Moronus* Oeniponti nomine Pontificis *Pÿ* 4. (de quo legi poteſt Io: *Bapt. Adrian. Hiſt. lib.* 17. Et ad annum 1563. *Henr. Spond.*) ab eodem petebat contra *Chriſtianiſſimi Regis, Gallorumq; poſtulatum*, imò & contra illud quod & *Carolus V.* ac ipſe deinceps ab ipſomet, & a Pontificibus cunctis anteceſſoribus flagitauerãt, & ſine quo nulla prorſus perfecta futura erat inter Christianos concordia, ac mala, in quæ Eccleſia inciderat grauiſſima, & quę iminebant, propulſari, vel auerti non poterant; hoc eſt, *ne in Trid. Concilio* (quod omnium votis proborum expetitum fuerat non minus ad hoc, quam ad alia &c.) *ageretur de Curię Romanæ Reformatione.* Impreſſa legitur epiſtola *Gentiani Heruetti* Galli, viri doctrina, ac pietate præſtantis ab eodem Tridenti in le-

cto decumbēte ſcripta anno 1563. *die* 28. *Maij*, in qua duo illius Cætus homines apertè *Pontificij adulatores* nominantur. Tanquam ſapiens, ſincerumq; prorſus laudatur *Cardinalis Caraffa* eidem *Paulo* 3. dictum, cum nōnullus primarius vir recenſeret mala, quæ ex iſta Reformatione, pro qua ab hoc Cardinali, alijſque octo Cōſilium illi exhibitum paulò ante fuerat, emanare poterant: *Sicuti non ſunt facienda mala, vt eueniāt bona, ſic neque omittenda Bona, ad quæ Iure naturali, vel Diuino tenemur, propter incommoda, quę inde conſequi poſſunt.* Præterquam ſi comparentur mala etiam, grauiora ſunt, quæ oriuntur tali non inſtituta Reformatione; Et ſi quæ ſunt incommoda, illa ſunt in bonis temporalibus, quib. anteferēda ſpiritualia commoda, ac maximè ab Eccleſiaſticis; *Eccleſiaſtica enim Reſpublica* per hoc tantum diſtinguatur a Ciuili, *quod ipſa Principijs ſupernaturalibus, non Politicis, ac Humanis, in ſuo Regimine innititur, ac terrenis, mortalibuſque rebus contemptis, ſiue poſthabitis cęleſtes, & æternas tantummodo conſectatur, ſiue propoſitas ſibi habet.* Vellē enimuerò cuique Pontifici poſſe illa dici, quæ *S. Bern. epiſt.* 78. *ad Sugg. Abb. S. Dionyſ.* ſcribens habet. *Sunt procul a te tā blandi, ac fraudulenti lactatores, qui cum in faciem*

ſe

te benedicerent, probris omnium, atque ludibrijs exponebant, & totum præſens euge orbis tibi fabulam parebat; imò te fabulam orbi. O quam multa omne in æuum, ac meritò commendanda, & non ſolùm coram Deo laudabilia, præſtare poſſunt Pontifices, ſi adulatoribus voces occludant; illaſque aperiant candidis, doctiſque hominibus, qui velint diſcuti, ac decerni tãdem aliqua, *Tum circa Curię Mores, atque Conſuetudines, tum ad Iuriſdictionem ſpectantia inter Christianos cõtrouerſa*; Ex quo fiat, vt ſicuti hi nouem viri e minus æquis aliquorum Pontificum volũtatib. omnia fere mala in Eccleſiam irrupiſſe teſtati ſũt; ſic Chriſtianus orbis vniuerſus fateatur in poſterum, ex ęquis Pontificum voluntatib. omnia bona in eamdem emanaſſe. 4. *Quam immerito* dicantur *Piæ* opiniones illæ, quæ falſæ, licet apparenter veræ, Pontificiæ Poteſtati fauent. Nonnullæ ex his ſcandaloſæ, ac Iuri Diuino, ac Naturali repugnãtes in hoc Conſilio appellãtur. Mala, quæ ex nonnulla olim euenerunt, vt recẽtiora alia omittãtur, *Vincent. Belluac. Epiſc. in Spec. Hiſt. lib.* 25. *c.* 84. *& Otho Friſig. Epiſc. lib.* 6. *Cron. c.* 36. narrant. Recole dicta *pon.* 22. *op.* 1. *de Probab. opin.* in quo oſtenſum, *Pontificiæ poteſtati derogare nonnullos tuentes, vel proponentes*

opi-

opiniones nonnullas tanquam certas,vel probabiliores&c. Quarumdam leuitatem nõ animaduertunt ſoli cæci, aut luſci. *Superſtitioſo cultu ſicuti non honoratur, ſed potius irridetur Deus, ſic etiam Pontifex.* Ideoque *Card. Nicol. Cuſ. de Concord. Euang. lib.2.c.13.* dixit in quadam quæſtione, in qua minùs ipſe Pontifici fauere videbatur, *Quia veritatem defendimus,& vnicuique honorem ſuum reſeruamus, rectè Papam honoramus d.99.C. ecce:* In quo C. deſumpto ex *S.Greg.lib.7.ep 30. ad Eulog. Patr. Alex.* qui eum vniuerſalem Papam appellauerat,hæc peculiariter habentur. *Ego non verbis quęro proſperari, ſed moribus; nec honorem eſſe deputo, in quo fratres meos honorem ſuum perdere cognoſco. Meus namq; honor eſt honor vniuerſalis Eccleſię; meus honor eſt Fratrum meorum ſolidus vigor. Tunc ego verè honoratus ſum, cum ſingulis quibuſque honor debitus non negatur.* EX HIS liquet,minorem fidem præſtandã per ſe in illis,quæ ad Pontificiam ſpectant auctoritatem (haud vnquam hic ſermo eſt de illa,quã inter Catholicos plane conſtat Põtifici a Chriſto fuiſſe conceſſam) ſcriptoribus, *qui pro ſe,vel ſuis a Pontificibus ingentia recepere beneficia, priuilegia,exemptiones &c.vel eadem ſperant ſibi,aut ſuis; ſiue grauia ſibi, vel ſuis timent mala, niſi pro*

ipſis ſententiam in re controuerſa ferant &c. Nec mirandum, quod aliquot ab hinc ſæculis tantùm habuerint Pontifices tot ſibi adblandientes ſcriptores; *eorum enim poteſtas circa beneficia Eccleſiaſtica, eorum iuriſdictio quoque in temporalibus, eorum in quibuſdam auctoritas apud Principes a nonnullis ſolùm ſæculis amplificata eſt.* Si eædem etiam cauſæ vrgeant in illis, qui ſcripſerunt, ſcribuntq; pro Principibus Sęcularibus; idem ſentiendum. *Generatim aſſerendum;* Si Viri inſignes Eccleſiaſtici, & nominatim ſi fuerint viri Sanctitate, ac morum integritate præſtantes, & adhuc præcipuè ſi ſummi Pontifices, ſcripſerint in ſæcularium Principum fauorem, horum ſententias eſſe multi faciendas; aſſerere enim, quod hi ſcripſerint contra conſcientiā in Principum fauorem, vel ob timorē non auſi fuerint Ius Diuinum explicare, illudque tueri, *eſt os quidē ponere in cælum*: Si verò celebres doctrina viri Sęculares, qui nihil probabiliter ſibi aut ſuis ſperare, aut timere poterant, Eccleſiaſticæ, ac Pontificię Poteſtati quędam conceſſerint, hos non reponēdos inter aſſentatores hoc nomine. *Patet hinc,* quam maximè iuuet ad rectè de nonnullis opinionibus iudicandum, noſcere Auctorum *natales, patriam, mores, vitam &c.*

&c. de quo Animad. 19. c. 6. opuſc. 1. de Probabil. Opin.

6. PONO Præferendos per ſe illos, qui in *aliqua celebri Academia prælegerunt*; hi enim iam publicum habent, illudque præclarum, ſuæ ſapientiæ teſtimonium; Dictum eſt, *in aliqua celebri Academia*, qualis eſt pręcipuè in Italia *Patauina, ac Bononienſis &c.* in Gallia *Pariſienſis, ac Tholoſana &c.* in Hiſpania *Salmãticenſis, & Complutenſis &c.* in Luſitania *Eborenſis*, in Belgio *Louanienſis, ac Duacenſis*, in Polonia *Cracouienſis, &c.* Nam aliquæ ſunt minùs celebres, ac nominatim illæ, in quibus hominibus tantum ex illa Ciuitate, vel Prouincia, in qua ſita eſt Academia, vel ex tali tãtummodo hominum ſocietate, Profeſſoris munus demandatur. Cum autem fieri poſſit, vt aliquis minùs idoneus *ob priuatas quorumdã cauſas* Cathedra in celebri etiã Academia decoretur, imò *propter eaſdem*, vel *ratione antiquioris in aliquo Gymnaſio nonnullius diſciplinę Profeſſionis, iuxta Acad. morem* Primæ etiam Cathedræ honos minùs digno, quã ſint alij eamdem tradentes ſcientiam, deferatur; fit vt non ſemper a viro prudente primæ partes concedendæ ſint in ſcientia illi, qui ad Primos in ea Gradus aſcenderunt. Multò minùs tan-

quam

quam doctior ſemper eſt alteri præferendus, *qui plures in Academia habet* Auditores:*tum quia* eos conciliare poteſt opinionis,vel opinionum expoſitio,quas ille amplectitur multorum auribus gratas,ac præſertim adoleſcentũ,licet falſas, & re perniciosiſſimas &c. *tum quia* poteſt quis callidis artibus viro ſapienti verè haud conſentaneis vti ad adoleſcentes alliciendos, *promiſſis, largitionibus, compotationibus, hilariori etiam conuictu, amicorum etiam opera adhibita* cũ ipſis adoleſcentibus, eorumq; conſanguineis, affinibus &c. *tum quia* potuit antecedere alium in pręlegenda tali ſcientia,imò ſolus ſine competitore quandoq;eam pręlegere potuit,adeoque Auditores huiuſmodi diſciplinę iam aſſueti non imprudenter omninò eam proſequi velint;*tum quia* poteſt eſſe magis in Auditores officioſus,aut maiora in illos conferre beneficia, quam alius;*tum quia* quadam pollere poteſt loquẽtia,ne dicatur loquacitate, qua incauti decipiuntur adoleſcentes ; ſic enim & circulator quandoque, & hiſtrio (quod apertè de Profeſſoribus publicis loquens animaduertit *Lud.Viues lib.2 de Trad. Diſcipl.*) plures habet auſcultatores,quam egregius Concionator,vel Orator; *tum quia* magis ad Captum diſcipulorum do-

docere poteſt, & ad menſuram diſcentium ſe ſummittere; difficillimum enim eſt, vt *confecti iam ætate in ſcientijs & cum laude, repueraſcant in diſciplinis quibuſdam tradendis, & qui earum veluti calcem attigerunt, ad carceres ſemet reuocent*; ſibique ſuadere queunt hi, ſtatim ac nonnulla auditoribus expoſuerunt, ab illis percipi, ſicuti ipſimet primò eadem perceperunt a præceptore ſuo tradita. Recolendum *ex Quint. lib.* 2. *Inſtit. orat. c.* 12. in quo quęrit, *quare ineruditi ingenioſiores vulgò habeantur* vna *cum c.* 3. in quo monet, *protinus præceptore optimo vtendum eſſe*. Animaduertendum tamen hic; complures eſſe ſapientiæ fama celebres, qui tamen in nulla prælegerũt Academia, *quia vel* Profeſſoris munus ſuſcipere noluerunt ex priuatis cauſis; vel non potuerunt, *ſiue* alijs implicati occupationibus, *ſiue* ad id inhabiles, aut non ęque apti ſicut alij, *ſiue* quod licet aptiores, ac peritiores cum quibuſdam de Auditorum numero, alijſque ſimilibus contendere haud honori ſuo conſentaneum eſſe cenſuerint &c.

7. PONO Præferendos per ſe illos, qui in *aliqua ęelebri Academia Gradum Doctoratus*, *vel Baalaureatus &c.* adepti ſunt; nam hi quoque ſapientum virorum ſuffragio ſapiẽtiæ laudem,

fa-

famamque obtinent; *Attendendum* tamen eſt 1. *in nonnullis etiam illuſtribus Academijs* Litterarios Gradus conferri ſæpè in Adoleſcentes, & Homines, qui vix primoribus labris ſcientias guſtauerunt; idq; eos conſequi *vel* ob illorum, quorum munus eſt hoſce cõferre honores, aut ad quos ſuffragium ad id ferre ſpectat, pecuniæ, vel aliquorum beneuolentiæ cupiditatem, aut inconſiderantiam, *vel* ob potentium quorumdam fauorem, *vel* eo quod ſuffragatores decepti fuerint, cum Iuuenes quæſtiones, de quibus examen ſubituri erant, ſibimet callidè ſelegerint, & argumenta ſibi proponēda ante habuerint nota, *vel* eo quod ſuffragatores ſibi ſuaſerint fore vt hi Doctoratus Laurea decorati impenſius poſtea ſtuderent, ac in ſcientijs proficerēt adeò, vt talem gradum ipſos meritò aſſecutos fuiſſe prudētes viri ſibi ſuadere poſſent. Poteſt etiam eſſe conſuetudo in aliquibus Academijs (quæ tamen an ſit corruptela, ideoque diligenter ablegandа, videant earum Moderatores) vt parum peritis hi honores tribuantur; & ideo qui in Italia hoſce gradus ſunt adepti, non ſolent multi a viris ſapientibus fieri; de quo recole dicta ferè in *fine pon.* 3. *opuſc.* 1. *de Probabil. opin.* Cum tamen multo habeantur in pretio il-

li,

li,qui in Academia *Pariſienſi, Salmanticenſi,Louanienſi &c.* hoſce gradus adepti ſunt. Idem æquè dicendum de illis,quibus in aliquib. Religioſis Cœtibus hi gradus deferuntur;in nonnullis enim poteſt haberi ratio nō meritorum, ſed largitionum, patrociniorum &c. *Quib. difficilior fuit ad hoſce gradus aditus,& in quibus perfectiùs ſeruatę leges Academiarum, Religionum &c* hi præ cæteris ſeligendi &c. 2.*In Ciuitatibus, ac Prouincijs quibuſdam*, Viros quoſdam,ac præcipuè *Nobilitate inſignes*, licet ſcientijs præſtantes, hoſce litterarios gradus non admittere; quod etiam in quibuſdam Religioſis Familijs accidit ex humilitate, vt inquiunt. Quare ex horum negatione, vt dicitur, haud licet negare, pares, aut etiam ſuperiores ſcientia multos eſſe illis,qui dicuntur Doctores: E quibus enimuero qui indocti reperirentur, reprobandi forent; Graduq; Doctorali priuandi ob publicam vtilitatem,vt inquit *Grat.tom.*1.*Diſcept. forenſ. c.*186.*n.*31.ac multos de facto fuiſſe priuatos refert *Stephanus Coſta in tract.de ludo Pręfat. n.*2. imò nunquam gradum illis fuiſſe quæſitum habetur ex *Bobadil. Polit. lib.*1.*c.*6. *n.* 38. Huiuſmodi Doctores vocat *Doctores de Duodena Neuiz. lib.*1.*ſil.nupt.n.*39.*&* 40.*Monetā tonsā*

R *Grat.*

*Grat.n.*41.non Doctores,ſed *Dolores*,vel ſi Doctores,*Iuris ſorbilis* ſunt,non Ciuilis,*Doctores de Placebo Domino*, *Doctores neceſſitatis* quæ legem non habet &c. de quib. vide *Souſ. in App. ad Luſit. libert. c.5.n.36.& 37. lib.* 1.*c.*14. *n.*35. 36. *&* 42.

8. PONO *Præferendos* illos, qui re *ipſa Auctores ſunt*. Noſtris maximè temporibus multi *inter Theologos*, *ac præcipuè Morales*, *inter Canoniſtas, ac Legiſtas* reperiuntur,qui operam in hoc tantummodo poſuerunt, ac ponunt, vt *aliorum dicta referant*,nihilque ferè *Ex ingenij ſui* promptuario, vt *pote tenuiſſimi*, depromunt. Vtinam fideliter hi aliorum etiam placita proferrent; nam propter multa coaceruandi cupiditatem, & ad crumenam Emptorum minùs prudentum exhauriendam, illa quoque non accuratè quidam perpendunt,& cũ minùs perſpicaces ſint, intimam Authorum mentem, aut rationem nõ aſſequuntur. Hi *Reſcriptores*, non *Scriptores* ſimpliciter ſunt dicendi: Quod nomen quoq; inditur ſaniori iure illis, *Qui aliorum lucubrationes aut rapientes*, *aut furantes inſcripto ſuo nomine edunt*; quibus enimuerò furibus pœna decreta ſaltem infligenda foret,licet paucula immutaſſent, aut addidiſſent, aut demiſſent, vel alteri lin-

linguas, aut perfectiori Idiomate, quã vſus fuiſſet Auctor, illas donaſſent. *Illorum* etiam auctoritas haud æſtimanda, *Qui ex Auctorum voluntate occultato ipſorum nomine, proprioque inſcripto libros in lucem proferunt*, & quaſi pſittaci, ſiue picę aliorum verba, ſenſuſque promunt; ſicuti & illorum; *Qui ſinonimis quibuſdam vocib. a communibus remotis conſultò vtuntur*, vt parum peritis indicent, ſe quid noui plane in litterarię Reipublicæ commodum afferre, & inde laudẽ reportent; *cum tamen eadem, ſed alijs verbis, & abſtruſioribus*, vt maiorem ſibi venerationem a Doctorum vulgo reportent, *dicant, quę alij Auctores*; quorum nec vllam mentionem faciunt, ne ſua deprehendatur calliditas. *Auctoris nomine decorandi ſunt magis Antiquiores, quam Recentiores*; *Quibus complura*, quę pleriq; admirantur, tanquam eorũ ingenij partus, *antiquiores prius in lucem protuliſſe, & aliquando feliciùs, hominibus verè ſapientibus, & qui vetuſtiores euoluunt libros, compertum eſt*. Vnus vel alter ex Auctorib. pręponendus eſt ingenti Scriptorum, ſiue Reſcriptorum numero; qui enimuero numerũ faciũt, *non pondus, niſi ipſorum libros baiulanti*. Copioſiſſima ex hiſce Reſcriptorib. conſtrui poteſt Bibliotheca, *cuius multitudo librorum in admiratio-*

nem accedentes rapiat; Quę tamen iure poſthabenda pauculis libris. Legãtur attentè dicta *Anim.* 9. *c.* 1. *op.* 3. *Animad.* Quinam ſint meritò dicendi *Auctores*, explicatum eſt *Animad.* 5. *c.* 5. *op.* 1. *Animad.*

9. PONO Præferendos per ſe illos, qui *Multa ſcripſerunt, & cum laude*; maiorem enim peritiam, pluriumque rerum cognitionem pręſeferunt. Addidi autem conſultò, *& cum laude*; quia nonnulli ſunt, qui in hoc ſtudium reponunt tãtummodo, vt in multorum fronte librorum nomen ipſorum intuentibus ſe ſe offerat, & hi plerumque ſunt Reſcriptores quidam, de quibus ſupra; inter quos haud numerãdi, qui peculiares materias, de quibus alij vel non egerint, vel non exactè, ſibi ſeligentes varias eruditiones ex antiquiorum libris valde opportunas colligunt, ſuoſq; ingenioſos ſenſus ijſdem illuſtrãt, ex illa autem eruditionum collectione libri, & mole, & numero augentur. Reprehenduntur meritò nonnulli multa, quæ in aliquo ediderũt libro, iterum in alio proponentes; & quidam verborum copia affluentes, pollenteſq; loquẽtia, vel eloquentia etiam in quibuſdam ſcientijs, quæ haud illam poſtulant. *Vt ſciatur*, quæ auctoritas Scriptori tribuenda ſit, non indagã-

dum,

dum, An multa, ſed *An rectè ſcripſerit cū approbatione ſapientum &c.* Illi firmior, ac ſanior corporis conſtitutio eſt non qui multa comedit, ſed qui ſtomachi calore ingeſtum cibum perfectiùs concoquit. Vnicus quandoq; liber, imò libellus digniſſimum immortali fama aliquem reddere poteſt; Quod iam ſatis experimento comprobatum eſt Puſillus adamas pluris æſtimatur, quam multa, ac ingentia montium ſaxa &c.

10. PONO Præferendos per ſe illos, qui *diuturniori*, quam qui *breuiori* tempore apud ſe *libros retinuerunt*, antequam ederent; maturiori enim iudicio illos conſcriptos fuiſſe id, ſanè indicat. Et optimum quidem eſſe emendandi genus ſcripſit *Quintil. lib.* 10. *Inſtit. orat. c.* 4. *ſi ſcripta in aliquod tempus reponantur, vt ad ea poſt interuallum velut noua, atque aliena redeamus, ne nobis ſcripta noſtra tanquam recentes fœtus blandiantur, atque ſæpiùs caſtigata, ac ſub incudem reuocata* (moderatione tamē præſcripta *Animad.* 12. *cap.* 4. *Opuſc.* 1. & 9. *cap.* 3. *Animad.*) *in hominum manus magis concinna, politaque deueniāt.* Sicuti autem non eſt neceſſe, vt liber edēdus, quemadmodum cenſebat ille, *nonum*, vel etiam *vnum prematur in annum*, & veſtigijs inſiſtatur

 cin-

Cinna Iſocratis, Virgilij, Salluſtij &c. & omnibus, quæ primò occurrerunt, exiſtimentur poſteriora eſſe magis recta; Sic videtur opus eſſe, vt ſcripta nõ ſemel recognoſcantur; vix enim fieri poteſt, vt non hinc aptiùs diſpoſita, ac magis ſuaui, aut venuſto, aut vegeto colore exornata ſe dent hominibus in conſpectum. Cum Regula Generalis præſcribi non poſſit, *ex cuiuſque Auctoris ingenij fama apud Sapientes viros de libri, qui tardius, vel citiùs in lucem prodierit, præſtantiâ iudicandum eſt*. Nam aliqui, licet pluribus luſtris aliqua a ſe ſcripta *Lentè*, ac *faſtidiosè*, vt fecit *Cicero in Commentario Cõſulatus ſui*, probata edãt, nihil laudis propter ingenij, aut iudicij inopiã reportare queunt; *Alij e contra, quorum ingenij ratio excellens, doctrinaque illuſtris, duorum aut trium menſium ſpatio librum euulgare queunt, qui omne in æuum commendetur*. Sedula horum diligentia par eſt paucorum decurſu mẽſium, ac etiam hebdomadarum, imò non rarò potior illa, quam alij, licet accuratiſſimam, multorum interuallo annorum, adhiberent. Ex his liquet etiam, licet *præferendi per ſe* ſint ſcriptores, qui paucas, vel pauciſſimas lineas in dies componunt, dicunturq; *Gradarij*, & quoſcumque ingenij ſui fœtus *more, atque ritu vrſino* perpolire dicun-

cuntur;id enim limatum,politumque iudicium illis ineſſe ſignificat: Fieri tamen aliquando, vt propter acre,ac ſublime ingenium,nonnulli *citò,& cum laude* multa ſcribant;Quod euenit potiſſimùm ; *Quia, & iam ſcribendo ſint aſſueti ; & rerum ſylnam iam ſibi parauerint,& in Scriptorib. ſint multum,ac ſæpè verſari,ſecumque dicenda iam meditati fuerint, ac examinauerint &c.* Fit etiam interdum,vt aliquorum,in quibus multa,& calida viget melancolia , animi hinc inflammati celeres ad agendum motus , ac vires habeant certis tēporibus inſtar præſtātiſſimorum Poetarū qui diuino quodā furoris afflatu concitari dicūtur; & tunc præclariſſima proferant breuiſſimo tempore,quæ aliàs non protuliſſent, licet diù mente illa concipere conati fuiſſent.

11. PONO Præferendos Scriptores illos, in quibus magis *Iudicij,quam Ingenij* ſplendor celebratur;licet enim nullus verè inter Auctores poſſit meritò connumerari , niſi illi inſit *igneus vigor,ac caleſtis origo,*ſiue in quo non ſit *corporis humor terreus,*ac *tenax,ſuaque natura frigidus ſimiliſque terreis exhalationibus,quæ ſurſum a ſole attrahuntur , qui tamen vi flaua bilis incaleſcat ,* (hic enim humor parens ingenij eſt, ille verò iudicij) *Ex Iudicio tamen laus hominis præcipua*

 de-

deſumitur. Ingenioſiores quidem multos in opiniones quaſdam abijſſe conſtat non ſolùm fidei Diuinæ, verum & experientiæ, rationique apertiſsimè diſſentientes, ac in Moralibus nominatim perniciosas quaſdam ſubtilitates, quę ab ipſomet iure Canonico, ac Ciuili damnantur, proſecutos fuiſſe. *Propugnant equidem nonnulli etiam modò* (hoc vitium fuit antiquioribus ſophiſtis commune) *ſententias quaſdam abſonas penitus, & quibus nullus cæterorum intellectus, licet valde perſpicax, aſſētiri poteſt, quãuis ad probabilitatis ſpeciem eas traducere conentur*: Et licet id præſtari poſsit quandoque ad ingenij exercitationem, *Veritas tamen indicanda eſt deinde omnino, ne minùs incauti decipiantur, ac Sophiſticæ ſoluendæ rationes*, maximè dum illæ ſententię fidei effatis repugnant, ſuntque publico Chriſtianæ Reipublicæ bono aduerſantes. An non ingenium in nonnullis quæſtionibus exercere, quod multa cum ſapientum laude, aliorumque emolumento in plurimarũ, quæ ſuperſunt, rerũ inueſtigandis cauſis impenderetur, ſumma iudicij indigentia eſt? Et tamen hi a Iunioribus quibuſdam maximè, ſed ipſis in iudicij egeſtate perſimilibus, multis efferũtur laudibus; quas equidem vt nonnulli obtineant, multi multa

pro-

protulere publica luce indigniſſima. *Attendendum tamen* 1. *Quamuis quaestiones aliquę* videantur magis ingenium, quam iudicium exigere, aliæ vero e contra, ideoque e corporis conſtitutione illum, qui eſt valde habilis ad alicuius ſcientiæ quæſtiones enodandas, minùs eſſe aptum ad intimos alterius ſciẽtiæ receſſus adeumdos, *non ſolum tamen ſcientias Morales*, inter quas recenſentur *Theologia*, *ac Philoſophia Moralis*, *& Vtrumque Ius*, exigere per ſe iudicium acre, ac erudititſsimum, *verùm* & idem magnũ, ac ſingulare poſtulare *ſcientias quæ inter Speculatiuas numerantur*, *vt Scholaſtica* maxima ſaltem ex parte, *Philoſophia Rationalem*, *Naturalem*, *ac Tranſnaturalem* comprehendens, ac *Mathematica*, quæ ſex ſcientias ſub ſe continet; *Tum in certis Principijs*, *& Auctoribus ſeligendis*; *Tum in multis quaſtionibus omittendis*, quę nihil vtilitatis afferunt, ſed potiùs ingenij vires eneruant, *alijſque leuiter*, *& quaſi in tranſitu tractandis*; *Tũ in non diſcendis*, *multoque minus tradendis quibuſdam quæ Veræ Pietati*, *Boniſque moribus etiam tantummodo Moralib. nedũ Chriſtianis*, *abſq; dubio officere queunt*; *Tum in oſtendendo ſe eſſe contentum ijs animæ viribus*, *quas ad intelligendum Naturæ cuiq; dedit*; *Tũ in non quærenda* in Phyſicis v. g.

cui-

*Grat.n.*41.non Doctores,ſed *Dolores*,vel ſi Doctores,*Iuris ſorbilis* ſunt,non Ciuilis,*Doctores de Placebo Domino*, *Doctores neceſſitatis* quæ legem non habet &c. de quib. vide *Souſ. in App.ad Luſit. libert.c.5.n.36.& 37.lib. 1.c.14. n.35. 36. & 42.*

8. PONO *Præferendos* illos, qui re *ipſa Auctores ſunt*. Noſtris maximè temporibus multi *inter Theologos, ac præcipuè Morales, inter Canoniſtas, ac Legiſtas* reperiuntur,qui operam in hoc tantummodo poſuerunt, ac ponunt, vt *aliorum dicta referant*,nihilque ferè *Ex ingenij ſui* promptuario, vt *pote tenuiſſimi*, depromunt. Vtinam fideliter hi aliorum etiam placita proferrent; nam propter multa coaceruandi cupiditatem, & ad crumenam Emptorum minùs prudentum exhauriendam, illa quoque non accuratè quidam perpendunt,& cũ minùs perſpicaces ſint, intimam Authorum mentem, aut rationem nõ aſſequuntur.Hi *Reſcriptores*, non *Scriptores* ſimpliciter ſunt dicendi: Quod nomen quoq; inditur ſaniori iure illis, *Qui aliorum lucubrationes aut rapientes, aut furantes inſcripto ſuo nomine, edunt*; quibus enimuerò furibus pœna decreta ſaltem infligenda foret,licet paucula immutaſſent, aut addidiſſent, aut demiſſent, vel alteri

lin-

lin guas, aut perfectiori Idiomate, quā vſus fuiſſet Auctor, illas donaſſent. *Illorum* etiam auctoritas haud æſtimanda, *Qui ex Auctorum voluntate occultato ipſorum nomine, proprioque inſcripto libros in lucem proferunt*, & quaſi pſittaci, ſiue picę aliorum verba, ſenſuſque promunt; ſicuti & illorum; *Qui ſinonimis quibuſdam vocib. a communibus remotis conſultò vtuntur*, vt parum peritis indicent, ſe quid noui plane in litterarię Reipublicæ commodum afferre, & inde laudē reportent; *cum tamen eadem, ſed alijs verbis, & abſtruſioribus*, vt maiorem ſibi venerationem a Doctorum vulgo reportent, *dicant, quę alij Auctores*; quorum nec vllam mentionem faciunt, ne ſua deprehendatur calliditas. *Auctoris nomine decorandi ſunt magis Antiquiores, quam Recentiores*; *Quibus complura*, quę pleriq; admirantur, tanquam eorū ingenij partus, *antiquiores priùs in lucem protuliſſe, & aliquando feliciùs, hominibus verè ſapientibus, & qui vetuſtiores euoluunt libros, compertum eſt*. Vnus vel alter ex Auctorib. pręponendus eſt ingenti Scriptorum, ſiue Reſcriptorum numero; qui enimuero numerū faciūt, *non pondus, niſi ipſorum libros baiulanti*. Copioſiſſima ex hiſce Reſcriptorib. conſtrui poteſt Bibliotheca, *cuius multitudo librorum in admiratio-*

nem accedentes rapiat; Quę tamen iure poſthabenda pauculis libris. Legãtur attentè dicta *Anim.* 9.*c*.1.*op*.3. *Animad.*Quinam ſint meritò dicendi *Auctores*, explicatum eſt *Animad*.5.*c*.5.*op*.1. *Animad.*

9. PONO Præferendos per ſe illos,qui *Multa ſcripſerunt,& cum laude*; maiorem enim peritiam,pluriumque rerum cognitionem prę ſe ferunt.Addidi autem conſultò,*& cum laude*; quia nonnulli ſunt, qui in hoc ſtudium reponunt tãtummodo,vt in multorum fronte librorum nomen ipſorum intuentibus ſe ſe offerat,& hi plerumque ſunt Reſcriptores quidam, de quibus ſupra; inter quos haud numerãdi, qui peculiares materias,de quibus alij vel non egerint,vel non exactè, ſibi ſeligentes varias eruditiones ex antiquiorum libris valde opportunas colligunt,ſuoſq; ingenioſos ſenſus ijſdem illuſtrãt, ex illa autem eruditionum collectione libri, & mole, & numero augentur. Reprehenduntur meritò nonnulli multa,quæ in aliquo ediderũt libro, iterum in alio proponentes; & quidam verborum copia affluentes,pollenteſq; loquẽtia, vel eloquentia etiam in quibuſdam ſcientijs,quæ haud illam poſtulant. *Vt ſciatur*, quæ auctoritas Scriptori tribuenda ſit, non indagãdum,

dum, An multa, ſed *An rectè ſcripſerit cũ approbatione ſapientum &c.* Illi firmior, ac ſanior corporis conſtitutio eſt non qui multa comedit, ſed qui ſtomachi calore ingeſtum cibum perfectiùs concoquit. Vnicus quandoq; liber, imò libellus digniſſimum immortali fama aliquem reddere poteſt; Quod iam ſatis experimento comprobatum eſt Puſillus adamas pluris æſtimatur, quam multa, ac ingentia montium ſaxa &c.

10. PONO Præferendos per ſe illos, qui *diuturniori*, quam qui *breuiori* tempore apud ſe *libros retinuerunt*, antequam ederent; maturiori enim iudicio illos conſcriptos fuiſſe id ſanè indicat. Et optimum quidem eſſe emendandi genus ſcripſit *Quintil. lib.* 10. *Inſtit. orat. c.* 4. *ſi ſcripta in aliquod tempus reponantur, vt ad ea poſt interuallum velut noua, atque aliena redeamus, ne nobis ſcripta noſtra tanquam recentes fœtus blandiantur, atque ſæpiùs caſtigata, ac ſub incudem reuocata* (moderatione tamẽ præſcripta *Animad.* 12. *cap.* 4. *Opuſc.* 1. *&* 9. *cap.* 3. *Animad.*) *in hominum manus magis concinna, politaque deueniãt.* Sicuti autem non eſt neceſſe, vt liber edẽdus, quemadmodum cenſebat ille, *nonum*, vel etiam *vnum prematur in annum*, & veſtigijs inſiſtatur

Cinna Iſocratis, Virgilij, Salluſtij &c. & omnibus, quæ primò occurrerunt, exiſtimentur poſteriora eſſe magis recta; Sic videtur opus eſſe, vt ſcripta nō ſemel recognoſcantur; vix enim fieri poteſt, vt non hinc aptiùs diſpoſita, ac magis ſuaui, aut venuſto, aut vegeto colore exornata ſe dent hominibus in conſpectum. Cum Regula Generalis præſcribi non poſſit, *ex cuiuſque Auctoris ingenij fama apud Sapientes viros de libri, qui tardiùs, vel citiùs in lucem prodierit, præſtantiā iudicandum eſt.* Nam aliqui, licet pluribus luſtris aliqua a ſe ſcripta *Lentè*, ac *faſtidiosè*, vt fecit *Cicero in Commentario Cōſulatus ſui*, probata edāt, nihil laudis propter ingenij, aut iudicij inopiā reportare queunt; *Alij e contra, quorum ingenij ratio excellens, doctrinaque illuſtris, duorum aut trium menſium ſpatio librum euulgare queunt, qui omne in æuum commendetur.* Sedula horum diligentia par eſt paucorum decurſu mēſium, ac etiam hebdomadarum, imò non rarò potior illa, quam alij, licet accuratiſſimam, multorum interuallo annorum, adhiberent. Ex his liquet etiam, licet *præferendi per ſe* ſint ſcriptores, qui paucas, vel pauciſſimas lineas in dies componunt, dicunturq; *Gradarij*, & quoſcumque ingenij ſui fœtus *more, atque ritu vrſino* perpolire dicun-

cuntur;id enim limatum,politumque iudicium illis ineſſe ſignificat: Fieri tamen aliquando, vt propter acre, ac ſublime ingenium, nonnulli *citò, & cum laude* multa ſcribant; Quod euenit potiſſimùm, *Quia, & iam ſcribendo ſint aſſueti; & rerum ſyluam iam ſibi parauerint, & in Scriptorib. ſint multum, ac ſæpè verſari, ſecumque dicenda iam meditati fuerint, ac examinauerint &c.* Fit etiam interdum, vt aliquorum, in quibus multa, & calida viget melancolia, animi hinc inflammati celeres ad agendum motus, ac vires habeant certis tẽporibus inſtar præſtãtiſſimorum Poetarũ qui diuino quodã furoris afflatu concitari dicũtur; & tunc præclariſſima proferant breuiſſimo tempore, quæ aliàs non protuliſſent, licet diù mente illa concipere conati fuiſſent.

11. PONO Præferendos Scriptores illos, in quibus magis *Iudicij*, *quam Ingenij* ſplendor celebratur; licet enim nullus verè inter Auctores poſſit meritò connumerari, niſi illi inſit *igneus vigor, ac cæleſtis origo*, ſiue in quo non ſit *corporis humor terreus*, ac *tenax*, *ſuaque natura frigidus ſimiliſque terreis exhalationibus, quæ ſurſum a ſole attrahuntur, qui tamen vi flauæ bilis incaleſcat*, (hic enim humor parens ingenij eſt, ille verò iudicij) *Ex Iudicio tamen laus hominis præcipua*

 de-

deſumitur. Ingenioſiores quidem multos in opiniones quaſdam abijſſe conſtat non ſolùm fidei Diuinæ, verum & experientiæ, rationique apertiſsimè diſſentientes, ac in Moralibus nominatim perniciosas quaſdam ſubtilitates, quę ab ipſomet iure Canonico, ac Ciuili damnantur, proſecutos fuiſſe. *Propugnant equidem nonnulli etiam modò* (hoc vitium fuit antiquioribus ſophiſtis commune) *ſententias quaſdam abſonas penitus, & quibus nullus caterorum intellectus, licet valde perſpicax, aſsētiri poteſt, quāuis ad probabilitatis ſpeciem eas traducere conentur:* Et licet id præſtari poſsit quandoque ad ingenij exercitationem, *Veritas tamen indicanda eſt deinde omnino, ne minùs incauti decipiantur, ac Sophiſtica ſoluendæ rationes*, maximè dum illæ ſententię fidei effatis repugnant, ſuntque publico Chriſtianæ Reipublicæ bono aduerſantes. An non ingenium in nonnullis quæſtionibus exercere, quod multa cum ſapientum laude, aliorumque emolumento in plurimarũ, quæ ſuperſunt, rerũ inueſtigandis cauſis impenderetur, ſumma iudicij indigentia eſt? Et tamen hi a Iunioribus quibuſdam maximè, ſed ipſis in iudicij egeſtate perſimilibus, multis efferũtur laudibus; quas equidem vt nonnulli obtineant, multi multa

pro-

protulere publica luce indigniſſima. *Attendendum tamen* 1. *Quamuis quæſtiones aliquę* videantur magis ingenium, quam iudicium exigere, aliæ vero e contra, ideoque e corporis conſtitutione illum, qui eſt valde habilis ad alicuius ſcientiæ quæſtiones enodandas, minùs eſſe aptum ad intimos alterius ſciẽtiæ receſſus adeumdos, *non ſolum tamen ſcientias Morales*, inter quas recenſentur *Theologia*, *ac Philoſophia Moralis*, *& Vtrumque Ius*, exigere per ſe iudicium acre, ac eruditiſsimum, *verùm* & idem magnũ, ac ſingulare poſtulare *ſcientias quæ inter Speculatiuas numerantur*, *vt Scholaſtica* maxima ſaltem ex parte, *Philoſophia Rationalem, Naturalem, ac Tranſnaturalem* comprehendens, ac *Mathematica*, quæ ſex ſcientias ſub ſe continet; *Tum in certis Principijs, & Auctoribus ſeligendis*; *Tum in multis quæſtionibus omittendis*, quę nihil vtilitatis afferunt, ſed potiùs ingenij vires eneruant, *alijſque leuiter, & quaſi in tranſitu tractandis*; *Tũ in non diſcendis, multoque minus tradendis quibuſdam quæ Veræ Pietati, Boniſque moribus etiam tantummodo Moralib. nedũ Chriſtianis, abſq; dubio officere queunt*; *Tum in oſtendendo ſe eſſe contentum ijs animæ viribus, quas ad intelligendum Naturæ cuiq; dedit*; *Tũ in non quærenda* in Phyſicis v. g.

cui-

euidentia Mathematica; in ijs quæ ſunt maxime a ſenſu noſtro remotis, *euidentia Metaphyſica*; in hiſce humanis omnibus Scientijs *euidentia*, *quam obiectorum etiam naturalium habent Cauſa Prima, ac Intelligentię, ſiue mentes a materia ſeiunctæ*; *Tum in non ferendo iudicio de illis quęſtionibus, quę licet agitentur in tali ſcientia, valde tamen connexę ſunt alijs ſcientijs, quarum tamen ipſe rudis eſt, vel parum peritus*; *Tum in ordinatè diſcēdis, docendiſque ſcientijs, ſinguliſque etiam ipſarum quęſtionibus*, *Tum in vitandis quibuſdam Sophiſticis argumentationibus, aut illis excogitādis ad alicuius maximè praui dogmatis, aut tutelam, aut inuentionem &c.* Quare omnibus perſpectis non minùs iudicium, quam ingenium ab hiſce ſciētijs flagitari videtur. *Attendendum* 2. *Scientias Morales* verè non minùs ingenium, quam *Scientias Speculatiuas* petere: Quod de Morali Theologia *animad.* 3. *cap.* 4. & *de Morali Philoſophia Animad.* 12 *c.*6. *Opuſc.* 2. *Animad.* declaratum eſt; idemque cenſendum prorſus de *Canonico*, *ac Ciuili iure*, ſi exacta vtriuſque cognitio habeatur.

12. PONO Præferēdos per ſe illos, qui *Principia ponunt, ac deinde concluſiones ex illis eruunt*; hi enim & ſe ſapientiores oſtendunt, cum con-

clu-

cluſiones ad ſua deducant principia,& alios &
ſapientes reddunt;omnis enim ſcientia natura-
lis quibuſdam principijs immediatis, ac per ſe
notis innititur, ſicuti ſcientia ſupernaturalis
Principijs ſupernaturali lumine cognitis; ha-
bet autem vnaquæque totalis ſcientia natura-
lis aliqua Principia ſibi particularia,nec alteri,
niſi illi ſit ſubalternata, communia:Quæ quidē
in qualibet pauca ſunt, ſi de Primis prorſus, &
quibus data terminorum ſignificatione ſtatim
aſſentiatur intellectus, ſermo ſit. Haud hic ſer-
mo eſt de Principijs, quibus vtuntur e Peripa-
teticis ſectæ *Græcorum, Latinorum, & Arabum*, e
Medicis ſectatores *Hippocratis, Paracelſi &c.* e
Theologis *Schola Tomiſtica,Scotiſtica &c.* e Ma-
thematicis aſſeclæ *Ptolomæi,Copernici,Tychonis,
&c.* Nam huiuſmodi Principia,per quæ quæli-
bet Schola,atque ſecta diſcrepat ab alia,ad sū-
mum ſunt Probabiliter,aut Probabilius vera;ſi
enim eſſent euidenter, ac certò vera, tot viri &
ingenio,& iudicio præſtantes inter ſe circa illa
non diſcordarent, nulliuſque intellectus, ſi ſin-
cerè quilibet loqui velit nulla præpeditus af-
fectione, videtur cogi terminorum expoſitione
tradita ad aſſenſum illis præſtādum; Quod idē
ferè aſſerendum de Principijs Philoſophiæ Pe-
ripa-

ripateticæ, Academiæ, Stoicæ &c. *Supponuntur enim Quadam tanquam prima Principia Philoſophia a compluribus, quę ſunt Principia tantummodò Philoſophia Peripateticę, vel Platonica &c. Quadã tanquam Principia Theologia, quæ tamẽ ſunt dumtaxat Principia Theologia Thomiſticę &c.* In quo a pleriſque, vt pote quia imperitorum infinitus eſt numerus, *erratur, ac turpiter, & interdum cum iuſtitia, & caritatis detrimento*. Eſt verum quidẽ illum peritiorem habendum v.g. in Thomiſtica Schola, qui principia talis ſcholę ponit, illiſque explicatis, & non leui aliqua ratione, vel coniectura probatis conſequentias ex illis eruit, ita vt ex illis tanquam e fontibus hæ tanquam riuuli dimanent, ſingularumque concluſionum probationes ex illis profiuere oſtendit. Sic abſque dubio pręferendi, qui concluſiones afferunt cum probationibus, illis, qui cõcluſiones tantummodò exponunt; nulli enim cõcluſioni præſtari poteſt aſſenſus, niſi dependenter a præmiſſis, ſiue aliquo medio termino. Cũ ipſis etiam obiectis de fide, ſiue illa ſit diſcurſiua, ſiue non, aſſentiamus innixi *Diuinæ Auctoritati, quæ ſola infallibilis eſt*, immerito quilibet nudas proponẽs concluſiones ſibi aſſenſum repoſcer, niſi ſit ille vir ſcientiſſimus, & quem habeamus

non-

nonniſi poſt multorum laborem annorum illas edidiſſe, nec ſolitum quid proferre ſcientificũ, niſi ratio, vel experimentũ, vel idonea auctoritas id ſuaderet. Tales ſunt pleriq; ſaltem *Hippocratis Aphoriſmi* in ſeptem libros diſtributi. Tales *Emmanuelis Sà Aphoriſmi &c.* Imò vni ex ſimilibus viris maior fides habenda nudas etiã aſſertiones proponenti, quam alijs complurib. probationes etiam afferentibus; Quis enim ſibi ſuaſerit huiuſmodi ſapiẽtiſsi nos viros voluiſſe, vt talium librorum lectores ſibi fidem haberent eo tãtum nomine, quod ipſi id ſcripſerint? Idem cenſendum de aliqua opinione celeberrimorum huiuſmodi virorum, quã in ſuis reponerẽt libris, ſitque illorum propria, & non fortuito, ſed conſultò prolata (quod addo propter dicta *Animad.* 44. *opuſc.* 1. *Animad. c.* 6.) licet rationem non afferant; hæc enim præferri poterit alijs a quibuſdam etiam latè probatis: Quamuis autem potuerit Auctor rationem, & validã proponere, eam ſiluit fortaſſe; *vel* ex obliuione; *vel quia* exiſtimauit illam facilè legentibus occurrere poſſe, & maximè ſi illa ex principijs iã ab ipſomet præhabitis erui poſſet; *vel quia* non erat ibi locus illam afferendi, cum per paucis illa non poſſet proponi, & materia, quam tra-

cta-

ctabat, nonniſi vt obiter illa indicaretur, ſuaderet &c. Hanc inueſtigare, ac declarare erit illius, qui talis Auctoris ſtudioſus fuerit: de quo *pon. 2. opuſc. de Apoſt. ac Fugit.*

13. PONO Præferendos per ſe illos, *qui pluribus fuerint exornati ſcientijs*, ac maximè illis, quæ inter ſe affinitatem habent; neq; enim negari poteſt, quin vna ſcientia ſit maximo alteri adiumento, imò non niſi cum grauiſſimo errãdi periculo vnius cognitio poſſit ab alterius cognitione ſeiungi. *Quis enim Philoſophiæ gnarus dicetur, niſi in Mathematicis quoque ſit verſatus?* nec ipſamet Ariſtotelis Philoſophia poteſt ſciri ab eo, cui Mathematicarum ſex ſcientiarum fores non patuerint. *Si autem Theologia ſit deſtitutus, quot opiniones veritati diſcrepãtes, adeoque nec Philoſophicas, amplectetur? Medicinã quis callebit, niſi calleat quoque Philoſophiam, & aliquã Aſtrologiæ partem? Theologusne ille ſimpliciter appellabitur, qui eſt rudis, vel parum peritus Sacræ Scripturę, Sacrorum Canonum, Conciliorum, Sanctorum Patrum, Hiſtoriarum pręcipuè Eccleſiaſticarum &c. Moralis ne Theologus iure dicetur, qui eſt imperitus legum Canonicarum, & Ciuilium? Legiſtęne nomen ſibi vſurpabit, qui Canonum quoque ſcientiam non fuerit aſſecutus, vel e contra?* Sunt

ali-

aliquæ quidem adeo inter ſe connexæ, vt nullo ferme in pretio habendus ſit ille, qui vnius fuerit ignarus: Si tamen aliquæ quæſtiones ab aliqua ſcientia tractentur, quarũ cognitio ab altera non dependeat ſcientia, illius qui has ſolertiùs examinauerit, opiniones præferendæ, qui licet pluribus ſcientijs exornatus non adeò diligenter illas examinauerit. Sufficit quidem vt Auctor de certa ſcientia ſcribens laudem reportet, ſi in multis mediocrem quamdam alterius Scientiæ intelligentiam præſeferat. *Magis laudabilis erit ille quidem*, ſi in pluribus, ac maximè affinibus excelluerit: & *adhuc magis*, ſi e plurium ſcientiarum principijs probabiliter ſuas eruat concluſiones.

14. PONO Præferendos per ſe illos, *Qui de vniuerſa aliqua ſcientia libros diligenter cõſcripſerint illis*, qui de aliqua parte illius tãtummodo egerint; illi enim cognitionem habent perfectionem non ſolùm extenſiuè, verùm etiam intenſiuè partis cuiuſque, cum *Vnius partis cognitio valde cõducat ad alterius cognitionem; imò perſæpe exacta vnius cognitio alterius etiam exactam cognitionem flagitet*: Ex hoc qui idem fit, vt illi, qui de aliqua peculiari materia ſcripſerunt accuratè, præferendi ſunt illis, qui de illa, aut

non

non egerunt, aut leuiter egerũt, ac illis etiam, qui non adeò exquiſitè vniuerſas agitarunt quæſtiones.

15. PONO Præferendos per ſe illos, qui *in Nullius plane Doctoris verba iurant*; hi enim & falſa quandoque ſophiſticis plane rationibus velata proponunt, ne aliquando erraſſe ſuum Doctorem, quem alterum putant Deum, Summamque Veritatem, cognoſcatur, quod tamẽ ſolummodo parum peritis ſuadere queunt; nõnunquam hi rationib. Probabilibus, & Coniecturalibus a ſuo Doctore propoſitis, & vt talib. ab eodem habitis nomen Demonſtrationis indunt, & vt tales, cum ſapientum equidem riſu, ac indignatione, & contra ſui Doctoris mentẽ etiam ſæpè apertam tuẽtur; imò interdum *pertinaciæ, ac ſuperbiæ cauſa*, quæ non probant, defendunt. *Qui in quocumq; etiam celeberrimo Auctore aliquid humani non ineſſe ſibi ſuadet, ingenij acie ſe plane deſtitutum eſſe declarat*; Quare illis, qui in ſuo Doctore aliqua nõ rectè dicta fuiſſe, vel aptiùs potuiſſe dici affirmat, potior fides inter hoſce, qui aliquem ſibi ſelegerunt Doctorem, habenda prorſus. Vide dicta verſus finem *pon.* 39. relatis *S. Cipr. ac Cic. vocibus Op.* 2. *de Probabil. opin.* vna cum *pon.* 20. *ac* 21. in quo cõtine-

tinetur, *Quomodo explicari poſſet Iuramentum, quod fieret de amplectendis opinionib. alicuius Auctoris in Philoſophia, in Theologia &c.* Cauendum quidem ſic iurantibus, ne aliquando cæcitate, vel lippitudine ipſorum mens laboret: Sibiq; ſuadeant omnes, plùs Auctoris famæ, ac honori prodeſſe modeſtum reprehenſorem, quam prodigum laudatorem iuxta dicta *in fin. pon. 6. opuſc. 2. de Probabil. opin. & Animad.* 15. *c.* 9. *opuſc. 2. Animad.* Non tamen vituperanda lex, aut cõſuetudo aliquem peculiarem ſibi Doctorem ſeligendi, imò poteſt eſſe multis, ac publico et bono valde vtilis; maximè dum hi ea lege adſtricti cognoſcant, *ſe non teneri falſa tueri, & non cenſuram apponant ipſi aliarum Scholarum, vel Sectarum aſſeclis; vel tantùm ſuum pondus, quo digne ſunt, tribuant opinionibus*, quæ probabili, aut probabiliori ratione, ſiue coniectura fulciuntur, vt tales *eas* propugnantes &c. legatur *pon.* 19. *op.* 2. *de Probabil. opin.*

16. PONO cum illud *S. Hierony. ad Pamach. contra Ioan. Hieroſol.* ſit veriſſimum, *Qui inimicus eſt etiam in ſcirpo nodum querit, amicus praua quoque recta iudicat; ſcribunt ſæculi littera amantium cæca eſſe iudicia*; & poſtea ſubdit; *Nunquam de amicorum iudicio glorieris; illud verum eſt teſti-*

monium, quod ab inuita voce profertur, alioquin ſi amicus pro te dixerit, non teſtis, aut iudex, ſed fauor pro te putabitur. Sicuti minori in pretio habendi ſunt illi ſcriptores, quibus ſiue ex odio, ſiue ex inuidia, ſiue ex minus beneuolo in alios animo, ſiue ex æmulatione etiam laudabili videtur propoſitum alios, ſiue alium oppugnare; nam *apertiſſimis etiam veritatib. tetras ſophiſmatum tenebras offundere nitentur; opiniones ipſas, ex ipſorum oppugnantiam principijs deductas vere, cõuellere nitentur; eaſque inſanas, ſcandaloſas, impias &c. appellabũt; leuia quædam errata mirificè exaggerabunt; alienum plane ſenſum, adeoque falſum, imò etiam riſu explodendum illorum verbis tribuẽt,* aliaque ſimilia efficient, de quibus ſatis copioſè *n.2. epiſt. præfixæ opuſc. Trib. Animad.* Sic etiam minoris æſtimandi, qui nimis propenſi ſunt in aliquam Scholam, vel Sectam, vel Auctorem; hi enim non *Veritatis, ſed Factionis ſtudioſi ſunt,* vt habet *Senec. c.30. de Ot. Sap.* Qui vtinam in fine *lib. de Tranquill.* non ſe adeò propenſum erga *Catonem* oſtendiſſet. Imitantur illum nõnulli Philoſophi Ariſtotelis ac Theologi quorumdã ſectatores &c. idq; cum graui litterariæ totius Reipublicæ incommodo. Imitandus enimuerò *Galen.* qui *6. epid. Com.2* inquit, *Ego non ſolùm*

in

in Hippocratis libris, ſed etiam in omnibus antiquorum libris obſeruaui, vt non temerè quid quiſque ipſorum dixerit probem, ſed experientia, ac ratione, verumne, an ſit falſum, quod ſcripſerunt, examinẽ. Solus eſt hic honos Canonicorum Scriptorũ, vt nulli liceat de eorum veritate dubitare, vt habetur *D.9.C.noli meis C.ſolis C. Noli frater C. neque*. Legantur attentè dicta *pon. 20. Opuſc.2. de Probabil. opin.* in quo decem rationibus probatum eſt, *non eſſe per ſe laudabile cuiuſque ingenium certi ſolum Auctoris adſtringere ſententijs*. Negari tamen non poteſt, quin maximè laudãdi illi ſcriptores, *Qui ab ipſorum hoſtibus, ſiue ęmulis &c. laudantur*; Videndum tamen, ne in minimis laudentur, & in maximis præter meritum vituperentur; Nã vt eorũ detractio faciliùs fidem apud incautos reperiat, callidi homines id præſtare ſolent *Pręferendi ergo illi*, quorum animos eſt veroſimilius fuiſſe remotos ab odio erga Scholam, Auctores &c. & a nimio ſimiliter amore &c.

17. PONO Præferendos per ſe illos, quos *communis ſincerorum Sapientum fama fert, vel experientia ſatis probat* in ſuis dictis propiùs, vel præ alijs ſæpiùs ad veritatẽ collineaſſe; Etenim exiſtimari poteſt in hac etiam peculiari mate-

ria,de qua recentiſſimè ſcripſerunt illi,ab antiquo non diſceſſiſſe inſtituto.

18. PONO Præferendos per ſe illos, qui in *librorum inſcriptione apertè, ac ſincerè* materiam, *de qua ibi agitur, proponunt*, illis, qui ſpecioſos quoſdam titulos apponunt;ſolent enim eſſe inſtar ſodomiticorum pomorũ,quæ *oculis tenus, caterùm contacta cinereſcunt*. Falſariorum pœna hi homines digni forent, & ad reſtitutionem pecuniæ,quę pro illorum emptione ab incautis emptoribus tributa eſſet,obligandi forent. Lege *Animad.29. c. 5. opuſc. 1. Animad.* Non pauci e recentioribus hoſce amant, docentq; fucos, qui alieniſſimi ſunt a viro verè ſapiente.

19.PONO Pręferẽdos per ſe *Seniores* Iunioribus, *non ſolùm quia* opiniones poſitæ in hominum veterum auctoritate,& eorum illuſtrium plus videtur habere grauitatis, *verùm & quia* Vetuſtiores homines fuerũt magis ſinceri,nec ad nutum ac voluntatem aliorum locuti videtur, ſicuti experimento nunquam ſatis deplorando efficere non paucos recẽtiores patet ductos ſpe, timore &c. *ac præterea* ſolidiùs ſæpe ſuas probarunt opiniones,quam recentiores;e quibus non pauci ſi quid multa dignum laude proferunt,e vetuſtiorib. hauſerunt. In quibuſ-

dam

dam tamen, in quib. deceptos fuiſſe antiquiores habetur, vel ex Diuina auctoritate explicata ab illis, qui ad id habent a Chriſto poteſtatem, vel ab experientia, vel ab euidenti plane ratione, iunioribus ſtandum: Legantur *Animad.* 20. 36. *ac* 37. *cap.* 6. *opuſc.* 1. *Animad.* ac in præcedenti *opuſc. pon.* 16. Laudandus maximè qui adhibita aliqua diſtinctione probabili ſaltem recẽtiores Opiniones, Leges &c. cũ antiquioribus vt plurimum ſaltem conſentiẽtes reddit.

20. PONO Præferendos per ſe illos, qui *plures Sapientia ſua habuerint approbatores*, & maximè ſi publicos, dummodo tamen hi fuerint doctrina conſpicui; *Vnius* autem ex his approbatio anteferenda eſt approbationibus a centum alijs reportata, *Qui vel* fuerint decepti, *vel* fuerint parũ docti, *aut* non verſati ſatis in materia, de qua liber agit, *vel* ſint adulatores &c. Itaq; *non ex numero, ſed ex qualitate approbantium maior exiſtimatio libro tribuenda*; Imò cum contingere poſſit, *vt pauciſſimos, vel nullos etiam habeat publicos approbatores*; (qui nomen ſuum voluerint typis commẽdari propter nimiam aliquorum potentiam, ſiue auctoritatem, a quibus nõ leuia ſibi mala, maximè ex præhabita in alijs experientia, ſibi timere poterant) *Catholica, ſa-*

naque alicuius viri doctrina, quã proximiorem eſſe etiam veritati ſapientiſſimi iudicent viri; ſi liber hic alicubi edatur, Auctori huic primæ partes deferri poterunt. Legatur *Animad.* 29. *cap.*6. *&* 30. *c.* 7. *opuſc.* 1. *Animad.* Non poſſent non multis celebrari laudibus Ciuitates illæ, in quibus (demptis his quæ ad fidem, & ad Chriſtianos, Moraleſq; vere mores ſpectant) liberum plane eſſet controuerſias quaſdam, ac præcipuas etiam inter Catholicos, *ſepoſitis plane cenſuris, maledicisque, ac minus Chriſtianę Charitati conſonis verbis*, proponere, & quam liberet partem amplecti, & non liceret aliquibus omnium illarum vetare impreſſionem, quæ ſuis, ſuorumne placitis, commodiſque haud fauerent; ſic enim *& minus ſeruilia eſſent multorum Catholicorum ingenia; magis innoteſceret plurimorum veritas, quam occultari vehementer nonnulli cupiunt; & exploratum redderetur, multas opiniones, quæ a minus peritis Catholicis communiter conſentur hæretica, vel ad hęreſim proximè accedere, eſſe vel Catholicas plane, aut certè Catholicis proximiores, & quæ tanquam ſcandaloſæ, impię, piarum aurium offenſiuę reiectę ſunt, vel non eſſe huiuſmodi, aut certè alijs, quarum euulgatio ne dum permittitur, verũ & maximè probatur, minus ſcandaloſas, impias &c.*

Quid

Quid hac in re præcauendum ſit ab illis ab illis, qui Scientiarum ſtudia fouere optant, aut tenentur; dictum eſt *Animad.* 49. *cap.* 4. *opuſc.* 1. *Animad.*

21. PONO Præferendos per ſe illos, *qui in Controuerſis quæſtionibus vtriuſque partis argumenta proponunt, & illa quę maiorem vim habere videntur*; æquum enim iudicem oportet, vt iuſtam ferat ſententiam, litigantium patronos, ſiue aduocatos auſcultare; indicta enimuerò cauſa videtur ille condemnare, qui omnes vtrimque rationes non audit, cum tamen neceſſe ſit *arbitros eſſe, non aduerſarios, qui veritatem ſunt iudicaturi ſufficienter*: Si hoc in Scientijs ſpeculatiuis, & quarum cognitio ad animæ ſalutem non ſpectat cenſuit ipſemet Peripateticorum Princeps; An non æquiori iure idem aſſerendũ, cum ſcriptor aliquis iudicium fert de quæſtionibus, quæ ad fidem attinere videntur (ſupponitur hic nihil plane adhuc legitimè definitum eſſe, vel ad Chriſtianos mores, vel ad æternæ ſalutis conſecutionem &c.) *Vtinam* nullus detur vnquam locus iuſtè conquerendi palam, publicis etiam libris indicandus, latam contra aliquos ſcriptores, ſiue quarumdam opinionũ aſſertores fuiſſe ſententiam a nonnullis, *qui cri-*

minis accuſatos non audierint, aut etiam vetuerint a pleriſque ſaltem ex illis, ex quorum voto ſententia ferenda, legi ipſorum libros, in quibus noua quæ aliquibus viderentur dogmata, auctoritatibus precipuè e verbo Diuino, Sanctiſque Patribus tuerentur, ac in his ſe admodũ verſatos oſtenderent. Poſſetne illis, tanquam ſinceris hominibus, fides haberi, qui *leuiores ſolummodo aduerſantium argumentationes afferrent, earumque leuitatem ſignificarent, imò & irriderent*, grauioribus & efficacioribus omiſſis; *vel inepta prorſus, ac falſa ipſis aſcriberent*, vt in cæteris quoque a veritatis ſemita deflexiſſe minùs cauti lectores arguere poſſent?

22. PONO Præferendos per ſe illos, qui *paucos ſcriptores* pro ſua ſententia afferunt illis, qui multos: *tum quia* magis inniti hi auctoritate, quam ratione videntur; *tum quia* ſolent errare non raro in ſcriptoribus ipſiſmet proferendis etiam contra eorumdem apertiſſimam mẽtem. Vt dictum eſt *pcn.* 8. & interdum quæ pro ipſis, non quę contra ipſos, licet in hęc inclinent, callidè e ſcriptoribus proferre. Illi equidem potior fides habeatur, qui *nonnullos afferens diſertè ait*, ſe illos legiſte, *quam alÿs*, qui longam ſcriptorum ſeriem proponunt; ſolent enim hanc

ex

ex ſcriptorib. qui præceſſerunt, reſcribere &c.

23. PONO Præferendos per ſe illos, qui *magis ordinatè, ac diſtinctè* quæſtiones exponunt; id enim & perfectiorem peritiæ habitum, & talis ſcientiæ cognitionem præferunt.

24. PONO Præferendos per ſe illos, quos magis patet *ab amphibologicis abhorruiſſe verbis*, & alienos fuiſſe a ſententijs, quas de æquiuocatione recentiores nonnulli vltro amplectuntur, atque latius explicant, & firmius corrobare nituntur; Quis enim ſcit, an illis ſententijs, quas in lucem proferunt, verè interiorem præſtent aſſenſum, & an cenſuerint e publico bono eſſe illas, *oppoſito planè ſenſu mente retento*, in medium afferre? *Romanę compertum eſt Curia*, cum quidam & primarij ex hoc hominum genere nonnullis ab hinc annis arguerentur alicubi, *quod quaſdam approbaſſent ſcripto etiam propoſitiones in quodam Regno oblatas, alienum planè ſenſum, & contra illorum mentem, qui illas propoſuerant ſubſcribendas, ijſdem tribuiſſe*. Vtinam nulli Catholicorum generi tribuenda ſit, quod ipſorum opera, ac exemplo *fidelitas* a multis Catholicis relegata ſit: Cui incommodo multa, quæ hi viri afferre dicerentur commoda, eſſent omnino poſthabenda. *Canendum proculdubio ab illis*

lis hominibus, qui omnium genio ſe accommodant, omnia omnib. facti, non vt Chriſto, ſed vt ſibi omnes lucrifaciant, hinc euadentes magis ſuperbi, magis diuites, magis potentes, magis in odio, ac ira, ac vlciſcendi cupiditate pertinaces &c. An non *tantum æquiuocationibus* cum illis agendum, *vt ars arte* eluderetur?

25. PONO Præferendos per ſe illos, qui ſe poſitis quibuſdam vocibus, licet ex ſe barbaris, quas iam Philoſophorum, Theologorum, Iuriſtarum, Medicorum &c. conſenſus approbauit (has cũ laude vſurpari poſſe docuit etiã *Tullius lib. 3. de Finib. init.*) quibus proprios animi ſenſus, & plerumque etiam breuius, quàm ſi alias adhiberent, explicant ſcholæ, ac ſectæ; *Elocutioni potiùs ſplendorem, quam barbarum ſqualorem* proſequuntur (ille enim, cum Metaphyſicæ, ac ſubtiliſſimę quæſtiones nonnullæ agitãtur, tantummodò repellendus videtur) neque enim par videtur eſſe, vt Scientiæ *incompoſitis plane vocum quarumdam veſtibus indutæ in publicum prodeant, cum ſplendidis, ornatiſque matronarum tamen more, amictæ in hominum conſpectu ſtare poſſint.* Qui inconditum huiuſmodi dicendi genus affectant, præterquam mitiorum litterarum rudes ſe plane declarant, ſibi ſatis non

eſſe

eſſe exploratam ſcientiarum dignitatem declarant, aut illas ſe non multi facere oſtendunt. Ab eruditorum quidem numero illos excluſit 1. *Tuſcul.* magnus ille Orator, ac Philoſophus, qui ſubdit, *Mandare quemquam litteris cogitationes ſuas, qui eas nec diſponere, ne illuſtrare poſſit, nec delectatione aliqua allicere lectorem, hominis eſt intemperanter abutētis & otio, & litteris.* Haud tales fuerunt Plato, & Ariſtoteles ipſe, vt indicatum eſt *Animad.* 5. *c.* 11. *op.* 3. *Animad.* Etiam Theologorum Duces, prout illorum ætas ferebat (neq; enim latinus ſermo breuì potuit antiquo reſtitui ſplendori & maximè ab hominibus, quorum induſtria in ſublimioribus ſcientijs ediſcendis, ac tradendis poſita erat) latinè fuerint locuti. Cum tribus ab hinc ſæculis, & maximè hac noſtra ætate, priſtinum ferè cādorem videatur conſecutus latinus ſermo; illum in tradendis diſciplinis politum duntaxat vituperabunt hi, qui politioribus litteris ſunt deſtituti; *ſic enim, & non rarò experimur, non commēdare in Philoſopho Poeticæ, Oratoriæ, ac Hiſtoricæ Facultatis cognitionem eos, qui huiuſmodi facultatum ignari ſunt;* cum tamen & Ariſtoteles, & Plato, alijque præclariſſimi Philoſophi in his etiam excelluerint; ac nemo, niſi demēs, nega-

re

re poſſit, quin horum quoque cognitio ad Philoſophica etiam quandoque conducat. *Moris eſt leuium quorumdam hominum, vt ſuam excuſent inſipientiam, aliorum eleuare ſapientiam; quæ eſt perpetua illius accuſatrix*. Qualis autem debeat eſſe Philoſophorum, aliorumq; ſcientias profitentium oratio, præclarè docet idem Cicero *in Oratore*, dū inquit; *Mollis eſt oratio philoſophorū, & vmbratilis, nec ſententijs, nec verbis instructa popularibus, nec iuncta numeris ſed ſoluta liberius; nihil iratum habet, nihil inuidum, nihil atrox, nihil mirabile, nihil aſtutum; caſta, verecunda, virgo incorrupta quodammodo; itaque ſermo potiùs, quam oratio dicitur*. Ab huiuſmodi ſcriptorum ſermone profectò haud omnis repellitur delectatio, ſed nimia, hoc eſt illa, quæ *ita auditorum, aut legentium animos pertrahit, vt ad illam tantummodo delibandam vocum harmoniam, non ad eorum, quæ illis ſubeſt vocibus, intelligentiam aſſequendam alliciantur*. Haud quidem decent Scientias Profitentes *pleriq; orationis ornatus (vt Quintil. c. 1. lib. 11. Orat. Inſtit.* ait) maximèque *ex affectib. verba quoque exquiſitiora, ac inutilia, inciſa multa, compoſitio numeroſa, ac præcipuè eadem ſemper*: Verùm & vehementer dedecent *Voces, Phraſq; peraſperę, ac horridæ*, quæ ingenuum auditorem,

aut

aut lectorem retrahant. De hoc eruditè ſatis in *libro, quem inſcripſit*, Arte dello ſtile, *Admodum Reuerend. P. Sfortia Pallauicinus in Nobiliſſimo Soc. Ieſu Romano Collegio Scholaſticę Profeſſor.*

26. PONO Præferendos per ſe illos, *Quorũ laboribus plenè vniuerſa librorum ſcriptio adſcribi poteſt*, illis, qui aliorum opera vtuntur in ijſdem ſcribendis, licet maxima, ac pręcipua libri pars ſit eorum, ſub quorum nomine apparet; *Tum quia* his tota laus tribuenda eſt meritò; *Tum quia* ij, qui ſcriptori inſeruierunt, cum non fuerint æquè docti ac ipſe, imò leuis quandoque litteraturæ homines, facilè potuerunt decipi in multis, quæ in alijs legebant Auctoribus, ac ipſi ſuppeditabant. Quare de multorum fidelitate non immeritò quis ſuſpicari poteſt, quæ leguntur in multis, ac ingentibus quorumdam Theologorum, ac præcipuè Legiſtarum libris; ad quos conficiendos operam multos contuliſſe ſatis eſt probabile, imò nonnullis conſtat. *Sunt quidem aliqui adeò acri ingenio, tenacique memoria, vt ſtudij aſſiduitate addita complures libros abſque vlla prorſus aliorum ope conſcribere queant; quare alios in aliquam huius laudis, quam reportarunt, vocare partem, eſſet quidem illorum gloriæ detrahere.* Plerique ſunt etiam e non vulgo,

go; qui e *ſuomet ingenio aliorum ingenia dimetiri ſolent, & quæ ſibi facilia factu putant, æquo animo accipiunt, ſupra ea veluti ficta pro falſis ducunt, aut certè inuidię cauſa extenuant pro viribus*, ne ingeniorum imparitas adeò perſpicuè pateat.

27. PONO Præferendos illos, qui in *Controuerſijs inter Scholas, Sectaſq; Definitiones iam receptas, ac voces iuxta receptam quoque ſignificationem admittunt*, illis qui vel nouas definitiones inducunt, vel vocum in illis repoſitarum vim amplificant, aut extenuant. *Niſi enim in definitionibus conueniant ſcientifici, nulla inter eos quęſtio agitari, vel dirimi tutò poterit.* Definitionem ſuam quicumq; tradet, quo nihil exitialius eſſe poteſt diſcendis, ac tradendis diſciplinis. Si nõ ſit communis lex lata a Principe, cui omnes pareant, omnes ſunt legiſlatores, adeoq; nulla lex cum ingenti totius Reipublicæ detrimento. *Hac de cauſa Philoſophi in Academijs Ariſtotelicas definitiones receperunt; & quando Ariſtotelica non apparet, magnum inter Philoſophos diſſidiũ eſt*: Ariſtotelicis etiam definitionibus vtuntur Theologi ad plurimas quæſtiones examinandas, ac ſoluendas, imò iuxta communem vocũ, quæ definitionibus inſunt, explicationem plures etiam de Deo, Angelis &c. quæ habentur,

in

in Sacris Litteris, ſi ex ipſis earum vocum vis non habeatur, & non ſit contra litteralem earumdem vocum ſenſum, peritiſſimi exponere ſolent. Non negatur quidē, quin multæ, & Ariſtotelicę nominatim, multis obnoxiæ ſint difficultatibus; verùm his non æquum eſt ſuccumbere, cum grauiſſimo Philoſophicæ Reipublicę incommodo: Et cum illarum expoſitio varia eſſe poſſit, *illa ſeligēda, quæ menti Auctoris, qui illam tradidit, videtur conformior*; innoteſcit autē id potiſſimum *ex acceptione talium vocum vſurpata ab illis qui immediatè in ſchola talis Auctoris ſucceſſerunt*, ac *ad alios tranſmiſſa*. Aliud autem eſt aliquam definitionem *iuxta Auctoris mentem* ita explicandam; Aliud an *contra, vel præter Auctoris* mentem poſſit ea ampliari, vel reſtringi; ſi enim illa modò amplietur, vel reſtringatur a quibuſdam, vel etiam ab omnibus, qui in talem incumbunt ſcientiam, haud amplius eadem formaliter erit definitio, quæ antiquiorib. temporibus, licet eædē materialiter eſſent voces; poteſt autem interdum eſſe veroſimile, ac valde probabile, quod aliqua definitione Auctor comprehendiſſet etiam quædam, quæ ſibi tunc ignota erant, ſi nota fuiſſent. Legantur dicta *Animad. 36. c. 2. ac 23. c. 4. op. 2. Animad. cū*

cap. 1. 2. ac 3. opuſc. de Apoſt. ac Fugit. Animad-uertendum autem eſt aliquas definitiones approbari poſſe, ac meritò tanquā rectas, ex quorumdam principiorum ſuppoſitione, quæ aliquādo poſſunt eſſe falſa, vel ſolùm probabilia, vel probabiliora: Quę cum non admittantur ab alijs, qui potiùs ponunt Principia illis aduerſantia, haud mirandum quod alias definitiones, ac iure ſane optimo, in medium proferant. Cum in primis, ac præcipuis definitionibus eiuſdem ſcientiæ Profeſſores, ac ſcriptores celebres; cū in acceptione Ariſtotelicarum definitionum ſectę tres illuſtres Peripateticorum interpretū, cum Theologorum Scholę in non paucis quoque definitionibus, earumq; explicatione diſſentiūt, nec cum leui ratione, quis litē dirimet? Probabilis poterit eſſe omnium ſenſus. Quò quis ſcientiarum profunda magis peruadet, eò facilius cognoſcit, *Nullas eſſe ferè Demonſtrationes ſimpliciter*, iſto etiam nomine, quod pauciſſimæ ſaltem definitiones, quæ ſunt medius terminus Demonſtr. *Potiſſimæ*, pateant ex terminis; *gratiaſque ſummas Deo aget, quod ſupernaturale fidei lumen, a quo habentur certiſſimi aſſenſus, ſibi liberaliter impertierit*. Ex iiſdem Principijs multi multas concluſiones inter ſe oppoſi-

tas

tas deducunt: Quid ſi oppoſita etiam Principia habeant? Quod cum in naturalibus ſcientijs eueniat perſæpe (nam licet hę dicantur habere pro Primis omninò, ac Generaliſſimis Principijs illa duo, *Quodlibet eſt, aut non eſt*; *Impoſſibile eſt, vt idem ſit, & non ſit*, ad quod reuocatur illud Logicum, *Impoſſibile eſt idem ſimul affirmare, ac negare de eodem*; quæ tamen nō videtur principia diſcurſus, ſiue non ſunt propoſitiones illum immediatè antecedentes.) An non oppoſitas etiam definitiones, ne dum concluſiones perſæpe ſaltem huiuſmodi ſcientię ſortientur? *Hinc laudandi*, qui Diuerſis plane Principijs innitentes diuerſas plane afferunt definitiones illis congruentes, & ex his deinde diuerſas cōſecutiones eruunt. Examinandum tamen eſt, an illa Principia ſint euidentiora, ſiue probabiliora alijs, vel ſaltem probabilia. *Magis tamen laudandi videntur*, qui communibus ac præcipuis definitionibus ſaltem materialiter admiſſis noua quædam pronunciata in Litterariam Rempublicā important. Inter hos recēſeri meritò poteſt *Adm. Reu. Pater D. Honorius Totus Cauenſis* ex illuſtriſſima pietate, ſapientia, ac prudentia Congregatione Caſinenſi *A. M. D. Et S. T. P. qui tribus tomis Neapoli impreſſis* 1636. cō-

plexus eſt *Nouos Ariſtotelis ſenſus reconditos, Periphraſim, explanationem, coordinationem, ſummique eius Artificij detectionem in Acroamaticis; quibus nihil aliud a Magiſtro prætendi dicitur,* ſic habet in librorum fronte *(Per tot ſæcula nunquam penetrata intentione) quam ſenſata, & artificioſa inuentio Principij, & Finis huius Mundi ſenſibilis,* ſcilicet, *euidenter oſtẽdere Deum eſſe, & Animam eſſe immortalem*. Valde quidem commẽdandus eſt, ſi etiã ſolùm id probabiliter ſuaſerit. Æmulatus eſt hic ingenioſus vir *P. Ludouicum Alcazar* ex ingenioſiſſima Ieſu Societate, qui nouã quamdam expoſitionem in *Apocalypſim* edidit; cui facem prætulit ingeniorum Phœnix *Ioannes Picus Mirandulæ Comes in c. 1. Gen.* Quas expoſitiones non improbabiles eſſe docui *c. 1. & 2. opuſc. 2. de Probab opin.* Nec in ipſamet Theologia, dum nõ receditur a Principijs ipſius Primarijs, ac Proprijs, *Verbo Diuino, Concilijs, ac SS. Patribus, &c.* quodcumq; nouitatis genus eſt reprehẽſibile, vt probatum eſt *pon. 29. eiuſdem op. 2.* Et *pon. 28.* rationib. viginti probatũ fuit, *nullam opinionem ſiue Theologicam Scholaſticam, ſiue Moralem, ſiue Philoſophicam &c. reijciendam eſſe præciſè ex eo quod noua dicatur,* dummodo tamẽ non ſit nouitas ſolum in vocib. & non impro-

ba-

babilia ſint, vel falſa Principia, quib. innititur; licet sẽper exiſtimauerim *illos alijs præferendos, qui vetera ſupponentes Principia* a cunctis ſapiẽtib. admiſſa nouas eruunt concluſiones. Eſt verum quidẽ, quod aliquando nouæ omninò dicuntur, & videntur opiniones nonnullæ nunc, quæ tamen antiquioribus, imò antiquiſſimis extitere ſæculis, vt patet peritis. Aliquę tamen nouæ poſſunt quandoq; appellari, *vel* propter nouam explicationem, *vel* maiorem illarum diſcuſſionem, coordinationem, probationẽ &c.

28. PONO Præferẽdos per ſe illos, qui alios Scriptores vidẽtur legiſſe *potius vt Iudices, quã vt Diſcipuli*; Qui enim alium loco magiſtri habet, facilè illius dictis fidẽ habet, etiam minùs probatis, ac facilè obſequitur illi pronunciato, *Oportet addiſcentem credere*. Qui autem tãquam Iudex de alterius ſentẽtia ſententiam vult ferre, diligenter illius pondera examinat, nec ab vlla animi perturbatione, ſi iuſtus eſſe velit, ſe impelli permittit, ad vltra meritas cuique Scriptori laudes tribuendas, vel ad approbandum id, quod minùs veritati conſonum eſſe in illo nouerit, ſiue ad Demonſtrationis nomẽ imponendum illi ſillogiſmo, qui vix probabilis eſt, vel ad appellandum probabilem illum, in quo

fallaciæ deprehenduntur. Id quidem non niſi præſtans ſcriptor efficere poteſt. *At* laudandi maximè, qui ingenue fatentur, ſe hæc, & illa, quæ ſuis inſerunt libris, a tali Auctore accepiſſe; namque (vt *Plin. in Præfat. Natur. Hiſtoriæ* inquit) *benignum, & plenũ ingenui pudoris eſt fateri, per quos profeceris; & obnoxij profectò animi, & infelicis ingenij eſt deprehendi in furto malle, quã mutuum reddere, cum præſertim ſors fiat ex vſura.* Hinc S. Baſil. ep. 1. ad S. Greg. Nazianz. Neque *verò ad diſcendum verecundum eſſe oportet, nec ad docendum malignum: quod ab alio tutè didiceris, nequaquam clam habendum; cuiuſmodi facere mulieres improbæ ſolent, quæ ex alijs ipſæ quæſitos liberos viris ſuis tollendos ſuſcipiunt, patrem ementientes: Auctorem verò ipſum prodere grata commemoratione decet, verumque ipſius ſcientiæ parentem.* Indignum eſt ſcriptori ingenuo imitari Æſopi corniculam alienis plumis indutam gloriantẽ. Recolantur dicta *Animad. 26. c. 5. vna cum* 32. *c. 6. opuſc.* 1. *Animad.* in qua ſcriptum fuit, aliquando tamen euenire poſſe, vt ſcriptor alicuius libri, antequam alios ſcriptores euoluat, in ſuo libro iam repoſuerit, quę in aliorum libris poſtea inuenit; adeoq; nullam ſubire notam, ſi horum non meminerit.

29. PO-

29. PONO Præferẽdos per ſe illos, qui *quæſtiones Celebres ita tractant, vt minùs etiam celebres, & quæ parui videntur ponderis* exponant; *Tum quia id* indicat vberiorẽ illius ſcientiæ cognitionem: *Tum quia* non rarò aliquarum quęſtionum diſcuſſio, vel cognitio videri poteſt non multum habere momenti, cum tamen non ſolùm opportuna ſit, verum etiam neceſſaria ad præcipuarum cognitionem ſcientiarum. Ex illarum quidem ignorantia non ſemel illuſtres etiam doctrina viros in pueriles etiam incidiſſe errores, & qui *Logicis ipſis* noti ſunt, compertum eſt. At pauciſſimis pleræque ſaltem ex illis a Scriptore ſunt explicandæ.

30. PONO Pręferendos per ſe illos, qui *grauiſſimas quæſtiones latiùs, leuiſſimas, & quarum cognitio, vel non prodeſt, vel parũ, breuiſſimè, & quaſi in trãſcurſu agitant*, illis, qui leuiſſimas, & quarum diſcuſſio interdum quoque nocet ingenij ipſius exercitationi, vberrimè, ac latiſſimè tractant; hi enim minùs iudicio valent, ſuntque litterariæ Reipublicæ pernicioſiſſimi; nam efficiunt, *vt minùs prudentes lectores in reb. ludicris, ſiue parui ponderis ſaltem*, tempus, *quod vix nonnullis ſerijs, grauiſque momenti ſupereſt*, vitæ ſuæ dies impendant, atque iuuenilis ingenij acumẽ

non rarò eneruant,quod ineptum redditur poſtea ad ſublimiora quædam perſpiciēda, ſolerterque indaganda. Immoderata quidem quorumdā diſcuſſio vituperanda eſt. Verū licet excuſandi ſint nōnulli,ꝙ habeāt ingenium ad nugas, ac pueril ia natum, promptumque; *Non tamen imitandi a prudente ſcriptore* iuxta *Animad. 28. c. 5. opuſc. 1. Animad. Nec laudandi vnquam;* Ex hoc enim factum eſt, vt plerique ſaltem ex adoleſcentibus,qui in ſciētias incumbunt, poſt multorum laborem annorum, poſt graues expenſas, poſt multa quandoq; vitæ diſcrimina, in inanib. aut parum proficuis, & quæ ad ſummum ſunt ſcientiarum appendices, vel ornamenta,quæſtionibus perdiſcendis oleum, operamque perdiderint; Nomine tenus Theologi ſunt,Philoſophi,Legiſtæ &c. cum ſcientiarum fores vix a limine ſalutauerint. Legantur ad id dicta *Animad.* 21. *&* 22. *c.* 2. *op.* 2. *Animad.*

31. PONO Præferendos illos, qui in *Vocum acceptione apud ſcientificos tenēda* ſe magis verſatos oſtendunt; nam harum cognitio eſt primus ad ſcientias aditus; & qui illam perfectiorem acquiuiſit, *queſtionum ſcientificarum ſenſum, punctumque difficultatis aptiùs norit, Scriptorum mentem aſſequitur, & cognoſcit vt plurimum, vel* *ſal-*

ſaltem frequenter eſſe de vocibus quæſtiones; Quare cum ſæpiſſimè termini,qui *maximè in Diſtinctionibus adhiberi ſolent*, equiuoci ſint etiã apud illos,qui eamdẽ Scholam, vel Sectam amplectuntur, ſiue eumdem Doctorem ſequuntur, eorum acceptio indicanda,& in quo ſenſu vox æquiuoca a *Scriptore* ſumatur, vbi primũ illa vox occurrit,manifeſtandũ. *Floccifaciẽdi quidẽ illi ſcriptores, qui nouis ſolùm quibuſdam terminis, qui plerumque ſunt antiquioribus magis obſcuri, eamdem explicant rem, nec nouam aliquam lucem ad perfectius aſſequendam veritatem afferunt, de quibus pon.25. præced. opuſc.* vel qui abſtruſioribus, ac obſoletis, antiquatiſque vocibus quibuſdam vtuntur,quas apud Celebres Scriptores quandoque repererunt,cum tamen vſurpare poſſint alias æquè idem ſignificantes, quæ frequentiùs apud eoſdem inueniuntur,& quarum notior eſt vis. Aliquorum geniũ,ſed peſſimũ,& exitiale ſcientijs eſt res claras, ac manifeſtas reddere obſcuras inani ſophiſtica,obſcuriſque vocibus nonnullis inſtar circulatorum, qui nodos quoſdam faciles aliter tamen inuoluunt,& euoluunt, quam in communi vſu conſueuimus,quò res videatur difficilior,ac proinde admirabilior. Legatur *doctus Lud.Viu. lib.* 1.

 de

de C[illegible]orrupt. Art. Alij verò obſcuram orationem ſuam reddunt, *eo quod breuitatis ſint maximè Studioſi.* Laudādi illi maximè, qui *potiùs verba multiplicant, quam in obſcuritatem incidant,* potiuſque volūt illa ſupereſſe, quam deeſſe: de quo plura dicta ſunt *Anim. 22. c. 5. opuſ. 1. Anim.*

32. PONO Præferendos per ſe illos, qui *cognitionem preferunt Sectarum,* ac *Scholarum ſciētificarum; Principis cuiuſq; ſectæ, ac Scholæ, ac præcipuorum in vnaquaque ſecta, atque Schola vitam, ac mores perfectos habentes vnà cum Principijs, per quæ vna Schola, vel ſecta ab alia ſeiungitur, ſiue rationibus, quæ impulerunt præſtantes ingenio, ac doctrina viros ad hanc inſtituendam ſectam, atque Scholam, & ad deſerendam antiquiorem, &c.* Hi namque ſolidiùs quæſtiones agitabunt ad ſua reuocantes principia; *cognoſcent* plane irridendos eſſe, qui nonnullas ſectas, vel ſcholas irrident, ac nonnulla effata immeritò illis tribui; *cernent* poſteriores ſectatores longè ab anteceſſorum ſententijs diſceſſiſſe, licet id occultare ſatagant, & ſæpè vel nullam vel leuem, ac in vocibus tantum diſcrepātiam eſſe animaduertent. *Hinc* exigua valde eſſe debet illorum auctoritas, qui in vnica Schola, Secta, vnico Auctore, licet valde celebri, ſe tantùm verſatos

oſten-

oſtendunt; nam præterquam hi talis Scholæ &c. placita eſſe euidentia plane, ac certiſſima cenſebũt,& aduerſantia exiſtimabũt inepta,ab ſona &c. idq; coram alijs quoque prędicabũt; Fieri facile poteſt,vt ſicuti(ita innuit *Ariſtoteles* 2. *Metaph. t.* 14.) in legibus fabuloſa, ac puerilia plus poſſunt propter conſuetudinem iam a teneris vnguiculis contractam; ita etiã in ſciẽtijs quædam falſa, minuſque veritati conſona maiorem vim obtineant apud multos, qui in certis ſolummodo Scholis,Sectis,& Auctorib. ſunt verſati;nam *Auſcultationes,* inquit ipſe, *ſecundum conſuetudinem accidunt; quemadmodum enim conſueuimus,ita iudicamus dici debere,& quę pręter hac non apparent ſimilia*.

33.PONO Præferendos per ſe illos, qui in celebrioribus maximè quæſtionibus agitandis operam ponentes docent etiam, *Quandonam primò talis opinio agitari cęperit, quandonam illa primò in Scholas induci, an contraria fuerit tunc communior &c.* Non ſolum enim id eruditum ſcriptorem indicat, verùm & quam vehementer conducere poteſt ad rectum,æquumque de multis ſententijs,quæ modò inualuerunt, ferẽdum iudicium. Propter extrinſecas cauſas poteſt nunc aliqua opinio eſſe cõmunis,quæ olim

&c an-

antiquioribus ſæculis erat improbabilis, imò acriori cenſura notabatur. Quęnam fuerint huiuſmodi cauſæ, a ſincero ſcriptore explicabitur; adeoque *ille ſemper præferendus, qui maiorem Hiſtoriarum, ac Antiquiorum Scriptorum notitiam præfert.* Hanc laudem, quæ maximi eſt momenti ad ritè dirimendas plures controuerſias, quę modò inter Chriſtianos, & Catholicos intercedunt, haud recentiores Scriptores ſibi vindicabunt, ſi occultentur, aut crementur vetuſtiſſimi quidam libri, & ex antiquiſſimis Bibliothecis quædam manuſcripta auferantur, vel dematur, addaturue libris &c.

34. PONO Præferendos per ſe illos, qui in ſuis opinionibus proponendis *nõ Auctorum numerum, ſed Rationum*, vel *Rationis pondus* videntur attendiſſe; licet enim in naturalib. ſcientijs auctoritas quoque non ſit ſpernenda, cum ab illa præcipuè ordo dicendi incipiat, imò æſtimanda in Moralibus maximè, potiores tamen partes tribuendæ ſunt ſemper rationi, cũ ſcientia non ſit fidei habitus, ac definiatur *eſt Cognitio rei per Cauſam, per quam res eſt*, non verò *Cognitio rei per Auctoritatem*; & ſolùm Auctoritas eſt ſignum a poſteriori Veritatis; quod tamen ſæpè eſt fallax; vnde & reiectæ ſunt tanquam

minùs

minùs rectæ, atque veraces opiniones nonnullæ poſterioribus ſæculis, quæ communes erant in prioribus: Ac præferenda etiam *ſingularis*, ſi efficaciori munita ratione, alijs, quę ſint communes etiam, licet illa fuerit excogitata *hodierna luce a viro etiam* minus docto; parùm enim intereſt ad hoc vt talis ſententia probabilis, vel probabilior cenſeri meritò debeat, ac anteponi alijs, quas celebres quoque tradidere Scriptores; quorum non paucos in quibuſdam etiā facilè cognoſcibilibus veritatis ſcopum non attigiſſe plane conſtat. *Reuelat quandoque Deus paruulis quædam, eaque ſapientibus abſcondit*, ac *dies dici eructat verbum* *Pſal.* 18. Recolantur dicta *Animad.* 15, *c.* 1. *opuſc.* 1. *de Probabil. opin. cum Animad.* 13. 18. *ac* 23. *cap.* 2. In ſcientijs verò, quæ ſupernaturali lumine innituntur, *præferendi*, Qui maximè ſe in *legitimis auctoritatibus proferendis* verſatos oſtendunt.

35. PONO Præferendos per ſe illos ſcriptores, qui *optima quæque ex optimis quibuſque Auctoribus deſumpſiſſe videtur*. Meritò *Quintil. verba c.* 2. *lib.* 10. *Orat. Inſt.* ad hanc rem accommodari queunt. *Itaque ne hoc quidem ſuaſerim vni ſe alicui propriè, quem per omnia ſequatur, addicere. Longè perfectiſſimus Grecorum Demoſthenes,*

ali-

aliquid tamen aliquo in loco melius alij, plurima il-le: ſed non qui maximè imitandus, etiam ſolus imi-tandus eſt. Quid ergo? non eſt ſatis ſic omnia dicere quomodo Marcus Tullius dixit? Mihi quidem ſatis eſſet, ſi omnia conſequi poſſem: Quid tamen noceret vim Cęſaris, aſperitatem Calij, diligentiam Pollio-nis, iudicium Calui, quibuſdam in locis aſſumere? Nam præter id quod prudentis eſt quod IN QVO-QVE OPTIMVM EST, SI POSSIT, SVVM FACERE: tum in tanta rei difficultate vnum in-tuentes, vix aliqua pars ſequitur; Ideoque cum to-tum exprimere, quem elegeris, pene ſit homini in-conceſſum; plurium bona ponamus ante oculos, vt aliud ex alio hæreat, & quo quicquam loco conue-niat aptemus. Et cum nemo, niſi plane in ſcien-tijs hoſpes, inficiari poſſit, quin Academici in aliquibus præcellant Peripateticis, Stoici am-bobus &c. Scotica Schola Thomiſticæ Scholæ &c. Baldus Bartolo, Hoſtienſis Panormitano &c. iure ſanè optimo primę iudicij partes erunt deferendę illis, qui optima quęque in vnaqua-que Secta, ac Schola fuerit amplexus; de qua re legantur *pon. 15. ac 16. Opuſc. 2. de Probabil. opin.* Sicuti autem cauendum eſt Oratori, qui plures imitari vult, ne in orationis inæqualita-tem incurrat; *Ita ſcientifico præcauendum*, ne mi-

nùs

nùs conſequenter loquatur, dum plurib. Scholis, ac Sectis vult adhærere. Attēdendum quoque, ne Scriptores iſti ſint illis ſimiles, quos ait idem *Quintil. c. 1. deteriora imitari (id enim eſt faciliùs) ac ſe abundè ſimiles putent, ſi vitia magnorum conſequuntur*; vel qui (vt idem ait *c. 2.*) *proxima virtutibus vitia comprehendunt*. Sunt quidem aliqui Scriptores, quorum præcipuum eſt ſtudium *in tuendis, latiuſque explicandis, ac propagandis opinionibus illis, quas veritati, aut rationi, aut experientiæ apertè aduerſari*, viri nullis addicti auctoribus, imò plerique ex eadem Secta, ac Schola ſinceri viri clarè teſtantur, *ac minùs probabiles Auctorum ſententias Demonſtrationis nomine decorare contendunt*. Quid ſi Scriptores nonnulli minùs doctos, minuſque ſana doctrina præditos Auctores, vt Duces, ſequerentur? *Sunt* enimuero *plurimi, qui ſimilitudinem peſſimi cuiuſque, & corruptiſſimi concupiſcunt*, teſte *Quintil.* eodem *c. 2.*

36. PONO Præferēdos illos, qui *liberè, ac ingenuè, ſine nota tamen adulationis, vel odij, vel inuidiæ*, in qualibet ſecta, & ſchola, in quolibet Auctore, & Scriptore celebri, quæ laudanda ſunt admittūt, quæ vituperāda reijciūt, ſed hæc ſi poſsūt legitimè, excuſāt. Sicuti autem *nō oportet*

iet timidè, vt benè monet Plutar. in libello de Audien. Poet. *velut in templo, omnia horrere, omniaque ſuperſtitioſè revereri, ſed ſumpta audacia conſueſcere de eo quod decet, & rectum eſt, liberè pronunciare*, hoc eſt, ſuo loco acclamare, *Benè, & Verè hoc*; de illo quod non decet, nec rectum eſt, liberè etiam pronunciare, *Malè, & falſe hoc*; de illo quod nec leuiter, nec euidenter probatum eſt, liberè etiam pronunciare, *Probabiliter, vel magis, minuſuè probabiliter hoc &c.* Ita *modeſtè ſemper, & circumſpecto iudicio* (vt inquit *Quintil. c.2. lib.10. orat. Inſtit.*) *de tantis Viris*, ac nominatim ijs, qui fuerunt Scholarum, ac Sectarum Principes, ac de ijſdem Scholis, ac Sectis *pronũciandum eſt; ne (quod pleriſque accidit) damnent, quæ non intelligunt.* Laudandi e Scriptoribus; *tũ illi*, qui aliquam, & maximè ſi controuerſa ſit, materiam tractantes, *errores primò circa illam manifeſtos exponunt, ac poſtea declarant, de quonã probabiliter inter ſe* circa eamdem nonnulli diſſerant; *tum illi*, qui licet vni Scholæ, aut ſectæ adhærentes, vel vnico auctori addicti, initio tamen patefaciunt, in quibus errauerit, vel minùs probabiliter &c. locutus fuerit huius, & illius ſcholæ, ac ſectæ Princeps &c. Cum enim nulla fuerit Schola, nulla Secta, nullus Auctor do-

ctrinæ

ctrinæ fama etiam illuſtriſſimus, qui in aliquo non errauerit, aut deceptus fuerit, aut minùs veritatem præ alijs attigerit; *probitatem quamdam, & ingenuitatem præſeferi Scriptor ille, qui errata, ſiue minùs bene dicta illius, quem vt Ducem ſequitur, primùm ob oculos ponit; nec ſeruili ingenio liberales diſciplinas ſe tradere oſtendit; nec ea ſe conſtrictum neceſſitate declarat, vt etiam quæ probanda non ſint, approbare cogatur.*

37. PONO Præferendos per ſe illos, qui fatētur vltro ſe aliqua neſcire, ſiue nō ſibi occurrere illorum rationē & cauſam; Nam ingenuū id indicat animum, ac *iuuenilis eſt audaciæ afferere multa cum errandi periculo, ſiue diſcrimine.* Hæc certè eſt illa fidelis ignorantia, quæ præfertur temerariæ ſciētię ab *Auguſtino*, qui apertè declarauit ſe aliqua neſcire *in Ench. c. 59. lib. 21. de Ciuit. c. 10. in lib. de Cur. pro Mort. c. 16. &c.* atq; in *ep. 78. ad Heſich.* ſic ait. *Magis eligo tantā ignorantiam confiteri, quam falſam ſcientiam profiteri.* Et aliquarum quidem quæſtionum, quæ a Theologis proponuntur, explicationē Theologiæ Diuinæ, ac Beatorum relinquendam eſſe habet inter cæteros *Ludou. Carb. Introduct. in Theol. l. 4. in fine c. 15.* cuiuſmodi ex Athanaſio dicit eſſe quæſtionem illam de ratione, *Qua filij*

Ge-

Generatio à Spiritus Sancti Proceſſione differat; licet eam Scholaſtici modò latiſſimè agitent, & de ratione inter ſe acerrimè digladientur. In Philoſophicis, in Metaphicis, cæteriſque etiam humanis ſcientijs, Qui maiori iudicio, & ſubtiliori ingenio prę̀diti, ſunt clarè aſſerunt *ſe ignorare quidnam de quibuſdam doceāt, ac ſatis, ſuperque ſe facere putāt, ſi aliquam vel leuem rationem, ſiue coniecturā, aut paritatem &c. afferant*, quam etiam ſibimet planè non probari inquiunt, cupiuntque aptiorem aliam excogitari, ſibi ſuggeri &c. *Imperitiores ſolummodo Scriptores quaſcumq; tentant ſoluere quęſtiones, earumque ſolutionem apertiſſimam eſſe aiunt*; hi nec difficultatis pūctum attingere cōſueuerunt. Quo quis acutior, ac difficultatis intima magis peruadit, eò magis a ferenda ſententia in multis quæſtionibus abſtinet, aut non niſi cum timore, ſuſpicione, ac dubio, an ratio, quam affert, ſit etiam idonea, aliquam ex huiuſmodi quæſtionibus tractat. EX HIS fit, vt illis, *Qui ſe multorum ſatis efficacem, vel adaquatam cauſam, ſiue rationem afferre non poſſe ſcribunt, & qui nō niſi aliquid probabile, vel congruentiam aliquam circa non pauca proferre in libris vltro indicant*; cum ſe plane ingenuos ſcriptores declarēt (nam veriſſimè, aut nul-

nullæ, aut pauciſſimæ ſaltem reperiantur Demonſtrationes ſaltem perfectiſſimę, & ad Ariſtotelicam normam) in cæteris potior habenda fides; *Quę eſt deneganda illis, qui omnes fermè ſuas opiniones putãt eſſe Demonſtrationes, ac euulgant*; hi enim nec ingenio, nec iudicio valent. Cauẽdum ab iſtis, quia ſolent eſſe etiam *cacres aliorum Cenſores, Detractores &c.* Qui enimuerò ſapiens eſt, *nouit opiniones fermè omnes eſſe verè opiniones*. Multæ quidem appellari poſſunt *Demonſtrationes ex ſuppoſitione*; nã talib. Principijs poſitis neceſſariò, ac euidẽter tales concluſiones ſequuntur; Verum illa aut falſa ſunt, vel ad ſũmum Probabilia. Legantur ad hęc dicta *Animad.* 19.23.24.43. *&* 49. *ac verſus finem* §. *Singularum c.* 3. *Opuſ.* 2. *Animadu.*

38. PONO Præferendos per ſe illos, qui minus verè, ac rectè a ſe ſcripta retractãt; hi enim & ſinceros homines ſe luculenter declarant, ac veritatis amatores; cui aditum aperuerunt, vbi illa illuxit. Sapienter *Seneca lib.* 4. *de Benef. cap.* 38. *Non eſt leuitas a cognito, & damnato errore diſcedere, & ingenuè fatendum eſt, Aliud putaui, Deceptus ſum; Hæc verò ſuperbę ſtultitiæ perſeuerãtia eſt, Quod ſemel dixi, qualecumq; eſt, fixum, ratumq; ſit. Non eſt turpe cum re mutare conſilium.* Adhuc

Sāpientiùs Ioannes *Lud. Viues lib.5. de Tradēd. Diſcipl.* hęc habet. *Quę poſt editionem videbuntur authori ipſi parū rectè expenſa corrigat planè, apertè, ſimpliciter, magis de claritate Veritatis ſollicitus quā de ſua ipſius exiſtimatione. Sed nec ipſe iacturā vllā fecerit exiſtimationis. Quis enim eſt vſq; adeò rerum humanarū expers, & ignarus, vt neſciat optimos quoſque, & ſapiētiſsimos viros tempore, ac ſtudio in melius proficere? An ego excellentis ingenij virum nihil plus credam aſsecutum ſenem eſſe, quā iuuenem? INERS profectò, ac miſerrimum eſt ingenium, cui non plus poſterior dies, quam prior adfert. Si libri ſint dogmatici ſparſi iam, & euulgati, cōſultiſsimum erit librum correctionū exemplo Diui Auguſtini cōponere* (quem idem *Viues lib.1. de Cauſ. Corrupt.* Art. ait nullum ad hoc tempus imitatū, *quia videlicet ille māſueto vir ingenio, & modicè de ſe ipſe ſentiens, iſti noſtri faſtu, & ſuperbia turgidi inuerti, ac corrumpi malunt, quod non ignorant verum eſſe, quam videri erraſſe, aut fuiſſe a quo monſtrari illis aliquid potuerit, & tantò admonitionem ferunt acerbiùs, ſi quę dixerint, litteris conſignata euulgarint*; Verùm licet nullus in tali ſcribendo libro *S. Aug.* fuerit imitatus, multi tamen apertè ſua retractarūt; & ex antiquiorib. Hippocrates, ſcilicet more ſcilicet, vt *Cornel. Celſ. lib.8. c.4.* ſcribit,

ma-

magnorum virorum, & fiduciam magnarum rerum habẽtium; nam leuia ingenia, quia nihil habent, nihil ſibi detrahunt, magno ingenio, multaque nihilominus habituro, conuenit etiam ſimplex veri erroris confeſſio. Subſecuti ſunt illum *M. Tullius Catulus, Lucullus,* & alij, quos cũ laude *Quintil. lib. 3. Inſtit. c. 6.* commemorat: Etiam inter cæteros e Scholaſticis *S. Thomas, & Dominicus Sotus* idẽ præſtiterunt: Recenſet etiam *Orat. Lomb. nel Diſcorſo intorno a contraſti, che ſi fanno* ſopra la Gieruſalemme liberata di Torquato Taſſo *Bembũ, Arioſtum, Robortellum*, & alios reuocantes ante a ſe dicta &c.) *aut ſi quid erit addendum, ſecundã editionẽ ſeorſim dare, vt feciſſe videmus Boethium Seuerinum. Sin opus vel non continet dogmata, vel non adeo eſt diffuſum, licebit quod eſt apud Poetam, male tornatos incudi reddere verſus, & opus reconcinnare, atq; etiam ſi res ferat, retexere de integro. Quod ſi ab aliquo corrrigatur, agnoſcat beneficium, & palam gratias agat; Veritas enim, pro qua nos in acie conuenit ſtare, nullius eſt propria, ſed communis omnium. Quod ſi ille in eam inciderit, iraſci te non oportet, illi potius gratulare felicitatem, quam & tibi licet cum illo eſſe communem. Sed proculdubio ita res habet; Qui pro veritate certant, ſic ſunt animati, vt eam a quocumque inuentam complectã-*

 tur.

tur. Qui autem pro ſuis inuentis, ideſt, *pro ſuo nomine, ac gloria, tanquam aras, & focos, quicquid ab eis prodierit, tueantur; cuiuſmodi ſunt in omni quidem diſciplina complures &c.* Ex hoc quidem venenato *ſuperbiæ fonte,* tanquam præcipuo fal-tē, *omnia mala in Diſciplinas omnes fluxiſſe,* quæ meritò Sapientiores deplorant, condolentque vehementer ſingulari plurimorum docētium, ac diſcentium infælicitati, erudítè ſatis, ac verè demonſtrat idē Viues *lib. 1. de Cauſ. Corrup. Art.* Qui liber vnà cum reliquis *ſex* de eodem argumento, & *Quinque de Tradendis Diſciplinis* diligentiſſimè legendus foret; in ijs enim nedum omnino pijſſimum, verùm & doctiſsimum, prudētiſſimum, ac publici boni amantiſsimum ſemet exhibet. Ad vnguem enimuerò prauos mores Scriptorum, ac Magiſtrorum nonnullorum recentium, *qui ſe putant cæterorum omnium Cenſores, & arbitros in ſcientijs, ijſq; præſertim tradendis, ac poſteritati librorum ope conſignandis ſuperbè omnibus ſemet anteponunt, ac alios docendi normam e cęlo ſibi delatam arbitrantur,* eruditiſsimus ille vir declarat, atque exprimit. Mirificè ſum gauiſus, cum poſtremis hiſce menſibus libros hoſce euoluens (neque enim antea in mea fuerunt poteſtate) multa, quæ ego *iam in Opuſc.*

Trib.

Digitized by Google

Trib.Anim. repoſueram, olim fuiſſe ab illo Auctore animaduerti prænotata. Vtinã nulli operam collocent, vt eorum librorum lectio interdicatur, cum apertiſſimè multorum Præceptorum vitia in tradẽdis Diſciplinis exponãt: Hęc autẽ hi vehementer occultari cuperent; Ingens enim detrimentum eorum exiſtimatio pateretur; voluntque errare, ac in errore perſeuerare, ac in errorem complures rapere, quam illum fateri, ne vel leuiter illa imminuatur. Quid ſi inſipiens, ac plane elato animo hoc hominum genus cauillis contenderet viris ſapientibus manifeſtis, in docendo, ac ſcribendo vitijs virtutum, earumque eximiarum ſpeciem effingere? *Ego quidem ab hac Superbia* ſum valde alienus; ſemper *ſum profeſſus*, vt patet ex fine Opuſcul. Trium anno 1647. impreſſorũ, ac in fine meorum librorum Indicis editi an. 1650. iterumq; & *coram Deo, qui eſt Cordis ſcrutator, iterum profiteor*, Me retractaturũ ſemper illa, quæ a me ſcripta probatum fuerit (non vtcumque dictum, maximè ab inuidis, æmulis &c.) *eſſe Improbabilia*; aut Veræ Pietati, veriſq; Chriſtianis, ac Ciuilibus aduersãtia Moribus, aut falſa &c. Nam ſcio pręclarè a *Diony. Alex. apud Euſeb. lib. 7. Hiſt. c. 19. vel 22.* prolatum; *Sicuti laudabile eſt a vera*

ſen-

aliquid tamen aliquo in loco melius alij, plurima ille: ſed non qui maximè imitandus, etiam ſolus imitandus eſt. Quid ergo? non eſt ſatis ſic omnia dicere quomodo Marcus Tullius dixit? Mihi quidem ſatis eſſet, ſi omnia conſequi poſſem: Quid tamen noceret vim Cęſaris, aſperitatem Cælij, diligentiam Pollionis, iudicium Calui, quibuſdam in locis aſſumere? Nam præter id quod prudentis eſt, quod IN QVOQVE OPTIMVM EST, SI POSSIT, SVVM FACERE: tum in tanta rei difficultate vnum intuentes, vix aliqua pars ſequitur; Ideoque cum totum exprimere, quem elegeris, pene ſit homini inconceſſum; plurium bona ponamus ante oculos, vt aliud ex alio hæreat, & quo quicquam loco conueniat aptemus. Et cum nemo, niſi plane in ſcientijs hoſpes, inficiari poſſit, quin Academici in aliquibus præcellant Peripateticis, Stoici ambobus &c. Scotica Schola Thomiſticæ Scholæ &c. Baldus Bartolo, Hoſtienſis Panormitano &c. iure ſanè optimo primę iudicij partes erunt deferendę illis, qui optima quęque in vnaquaque Secta, ac Schola fuerit amplexus; de quare legantur *pon. 15. ac 16. Opuſc. 2. de Probabil. opin.* Sicuti autem cauendum eſt Oratori, qui plures imitari vult, ne in orationis inæqualitatem incurrat; *Ita ſcientifico præcauendum*, ne minùs

nùs conſequenter loquatur, dum plurib. Scholis, ac Sectis vult adhærere. Attẽdendum quoque, ne Scriptores iſti ſint illis ſimiles, quos ait idem *Quintil. c. 1. deteriora imitari (id enim eſt faciliùs) ac ſe abundè ſimiles putent, ſi vitia magnorum conſequuntur*; vel qui (vt idem ait *c. 2.*) *proxima virtutibus vitia comprehendunt*. Sunt quidem aliqui Scriptores, quorum præcipuum eſt ſtudium *in tuendis, latiuſque explicandis, ac propagandis opinionibus illis, quas veritati, aut rationi, aut experientiæ apertè aduerſari*, viri nullis addicti auctoribus, imò plerique ex eadem Secta, ac Schola ſinceri viri clarè teſtantur, *ac minùs probabiles Auctorum ſententias Demonſtrationis nomine decorare contendunt*. Quid ſi Scriptores nonnulli minùs doctos, minuſque ſana doctrina præditos Auctores, vt Duces, ſequerentur? *Sunt* enimuero *plurimi, qui ſimilitudinem peſſimi cuiuſque, & corruptiſſimi concupiſcunt*, teſte *Quintil.* eodem *c. 2.*

36. PONO Prçferẽdos illos, qui *liberè, ac ingenuè, ſine nota tamen adulationis, vel odij, vel inuidiæ*, in qualibet ſecta, & ſchola, in quolibet Auctore, & Scriptore celebri, quæ laudanda ſunt admittũt, quæ vituperãda reijciũt, ſed hæc ſi poſsũt legitimè, excusãt. Sicuti autem *nõ oportet*

tet timidè, vt benè monet Plutar. in libello de Audien. Poet. *velut in templo, omnia horrere, omniaque ſuperſtitioſè reuereri, ſed ſumpta audacia conſueſcere de eo quod decet, & rectum eſt, liberè pronunciare*, hoc eſt, ſuo loco acclamare, *Benè, & Verè hoc*; de illo quod non decet, nec rectum eſt, liberè etiam pronunciare, *Malè, & falſè hoc*; de illo quod nec leuiter, nec euidenter probatum eſt, liberè etiam pronunciare, *Probabiliter, vel magis, minuſuè probabiliter hoc &c.* Ita *modeſtè ſemper, & circumſpecto iudicio* (vt inquit *Quintil. c.2. lib.10. orat. Inſtit.*) *de tantis Viris*, ac nominatim ijs, qui fuerunt Scholarum, ac Sectarum Principes, ac de ijſdem Scholis, ac Sectis *pronũciandum eſt; ne* (*quod pleriſque accidit*) *damnent, quæ non intelligunt*. Laudandi e Scriptoribus; *tũ illi*, qui aliquam, & maximè ſi controuerſa ſit, materiam tractantes, *errores primò circa illam manifeſtos exponunt, ac poſtea declarant, de quonã probabiliter inter ſe* circa eamdem nonnulli diſſerant; *tum illi*, qui licet vni Scholæ, aut ſectæ adhærentes, vel vnico auctori addicti, initio tamen patefaciunt, in quibus errauerit, vel minùs probabiliter &c. locutus fuerit huius, & illius ſcholæ, ac ſectæ Princeps &c. Cum enim nulla fuerit Schola, nulla Secta, nullus Auctor do-

ctrinæ fama etiam illuſtriſſimus, qui in aliquo non errauerit, aut deceptus fuerit, aut minùs veritatem præ alijs attigerit; *probitatem quamdam, & ingenuitatem præſeferi Scriptor ille, qui errata, ſiue minùs bene dicta illius, quem vt Ducem ſequitur, primùm ob oculos ponit; nec ſeruili ingenio liberales diſciplinas ſe tradere oſtendit; nec ea ſe conſtrictum neceſſitate declarat, vt etiam quæ probanda non ſint, approbare cogatur.*

37. PONO Præferendos per ſe illos, qui fatẽtur vltro ſe aliqua neſcire, ſiue nõ ſibi occurrere illorum rationẽ & cauſam; Nam ingenuũ id indicat animum, ac *iuuenilis eſt audacia aſſerere multa cum errandi periculo, ſiue diſcrimine.* Hæc certè eſt illa fidelis ignorantia, quæ præfertur temerariæ ſciẽtię ab *Auguſtino,* qui apertè declarauit ſe aliqua neſcire *in Ench. c. 59. lib. 21. de Ciuit. c. 10. in lib. de Cur. pro Mort. c. 16. &c.* atq; in *ep. 78. ad Heſich.* ſic ait. *Magis eligo tantã ignorantiam confiteri, quam falſam ſcientiam profiteri.* Et aliquarum quidem quæſtionum, quæ a Theologis proponuntur, explicationẽ Theologiæ Diuinæ, ac Beatorum relinquendam eſſe habet inter cæteros *Ludou. Carb. Introduct. in Theol. l. 4. in fine c. 15.* cuiuſmodi ex Athanaſio dicit eſſe quæſtionem illam de ratione, *Qua filij*

Ge-

Generatio à Spiritus Sancti Proceſſione differat; licet eam Scholaſtici modò latiſſimè agitent, & de ratione inter ſe acerrimè digladientur. In Philoſophicis, in Metaphicis, cæteriſque etiam humanis ſcientijs, Qui maiori iudicio, & ſubtiliori ingenio prędití, ſunt clarè aſſerunt *ſe ignorare quidnam de quibuſdam doceāt, ac ſatis, ſuperque ſe facere putāt, ſi aliquam vel leuem rationem, ſiue coniecturā, aut paritatem &c. afferant*, quam etiam ſibimet planè non probari inquiunt, cupiuntque aptiorem aliam excogitari, ſibi ſuggeri &c. *Imperitiores ſolummodo Scriptores quaſcumq; tentant ſoluere queſtiones, earumque ſolutionem apertiſſimam eſſe aiunt*; hi nec difficultatis pūctum attingere cōſueuerunt. Quo quis acutior, ac difficultatis intima magis peruadit, eò magis a ferenda ſententia in multis quæſtionibus abſtinet, aut non niſi cum timore, ſuſpicione, ac dubio, an ratio, quam affert, ſit etiam idonea, aliquam ex huiuſmodi quæſtionibus tractat. EX HIS fit, vt illis, *Qui ſe multorum ſatis efficacem, vel adæquatam cauſam, ſiue rationem afferre non poſſe ſcribunt, & qui nō niſi aliquid probabile, vel congruentiam aliquam circa non pauca proferre in libris vltro indicant*; cum ſe plane ingenuos ſcriptores declarēt (nam veriſſimè, aut nul-

nullæ, aut pauciſſimæ ſaltem reperiantur Demonſtrationes ſaltem perfectiſſimę, & ad Ariſtotelicam normam) in cæteris potior habenda fides; *Quę eſt deneganda illis, qui omnes fermè ſuas opiniones putãt eſſe Demonſtrationes, ac euulgant;* hi enim nec ingenio, nec iudicio valent. Cauẽdum ab iſtis, quia ſolent eſſe etiam *cacres aliorum Cenſores, Detractores &c.* Qui enimuerò ſapiens eſt, *nouit opiniones fermè omnes eſſe verè opiniones.* Multæ quidem appellari poſſunt *Demonſtrationes ex ſuppoſitione;* nã talib. Principijs poſitis neceſſariò, ac euidẽter tales concluſiones ſequuntur; Verum illa aut falſa ſunt, vel ad ſũmum Probabilia. Legantur ad hęc dicta *Animad. 19. 23. 24. 43. & 49. ac verſus finem §. Singularum c. 3. Opuſ. 2. Animadu.*

38. PONO Præferendos per ſe illos, qui minus verę, ac rectè a ſe ſcripta retractãt; hi enim & ſinceros homines ſe luculenter declarant, ac veritatis amatores; cui aditum aperuerunt, vbi illa illuxit. Sapienter *Seneca lib. 4. de Benef. cap. 38. Non eſt leuitas a cognito, & damnato errore diſcedere, & ingenuè fatendum eſt, Aliud putaui, Deceptus ſum; Hac verò ſuperbę ſtultitia perſeuerãtia eſt, Quod ſemel dixi, qualecumq; eſt, fixum, ratumq; ſit. Non eſt turpe cum re mutare conſilium.* Adhuc

de Com. Corrupt. Art. Alij verò obſcuram orationem ſuam reddunt, *eo quod breuitatis ſint maximè ſtudioſi.* Laudādi illi maximè, qui *potiùs verba multiplicant, quam in obſcuritatem incidant*, potiuſque volūt illa ſupereſſe, quam deeſſe: de quo plura dicta ſunt *Anim. 22. c. 5. opuſ. 1. Anim.*

32. PONO Præferendos per ſe illos, qui *cognitionem præferunt Sectarum, ac Scholarum ſcientificarum; Principis cuiuſq; ſecta, ac Scholæ, ac præcipuorum in vnaquaque ſecta, atque Schola vitam, ac mores perpectos habentes vnà cum Principijs, per quæ vna Schola, vel ſecta ab alia ſeiungitur, ſiue rationibus, quæ impulerunt præſtantes ingenio, ac doctrina viros ad hanc inſtituendam ſectam, atque Scholam, & ad deſerendam antiquiorem, &c.* Hi namque ſolidiùs quæſtiones agitabunt ad ſua reuocantes principia; *cognoſcent* plane irridendos eſſe, qui nonnullas ſectas[, vel ſcholas irrident, ac nonnulla effata immeritò illis tribui; *cernent* poſteriores ſectatores longè ab anteceſſorum ſententijs diſceſſiſſe, licet id occultare ſatagant, & ſæpè vel nullam vel leuem, ac in vocibus tantum diſcrepātiam eſſe animaduertent. *Hinc* exigua valde eſſe debet illorum auctoritas, qui in vnica Schola, Secta, vnico Auctore, licet valde celebri, ſe tantùm verſatos

oſten-

oſtendunt; nam præterquam hi talis Scholæ &c. placita eſſe euidentia plane, ac certiſſima cenſebūt, & aduerſantia exiſtimabūt inepta, abſona &c. idq; coram alijs quoque prędicabūt; fieri facile poteſt, vt ſicuti (ita innuit *Ariſtoteles* 2. *Metaph. t.* 14.) in legibus fabuloſa, ac puerilia plus poſſunt propter conſuetudinem iam a teneris vnguiculis contractam; ita etiā in ſciētijs quædam falſa, minuſque veritati conſona maiorem vim obtineant apud multos, qui in certis ſolummodo Scholis, Sectis, & Auctorib. ſunt verſati; nam *Auſcultationes*, inquit ipſe, *ſecundum conſuetudinem accidunt; quemadmodum enim conſueuimus, ita iudicamus dici debere, & quę pręter hæc non apparent ſimilia.*

33. PONO Præferendos per ſe illos, qui in celebrioribus maximè quæſtionibus agitandis operam ponentes docent etiam, *Quandonam primò talis opinio agitari cęperit, quandonam illa primò in Scholas induci, an contraria fuerit tunc communior &c.* Non ſolum enim id eruditum ſcriptorem indicat, verùm & quam vehementer conducere poteſt ad rectum, æquumque de multis ſententijs, quæ modò inualuerunt, ferēdum iudicium. Propter extrinſecas cauſas poteſt nunc aliqua opinio eſſe cōmunis, quæ olim

&c an-

antiquioribus ſæculis erat improbabilis, imò acriori cenſura notabatur. Quęnam fuerint huiuſmodi cauſæ, à ſincero ſcriptore explicabitur; adeoque *ille ſemper præferendus, qui maiorem Hiſtoriarum, ac Antiquiorum Scriptorum notitiam præfert.* Hanc laudem, quæ maximi eſt momenti ad ritè dirimendas plures controuerſias, quę modò inter Chriſtianos, & Catholicos intercedunt, haud recentiores Scriptores ſibi vindicabunt, ſi occultentur, aut crementur vetuſtiſſimi quidam libri, & ex antiquiſſimis Bibliothecis quædam manuſcripta auferantur, vel dematur, addaturue libris &c.

34. PONO Præferendos per ſe illos, qui in ſuis opinionibus proponendis *nō Auctorum numerum, ſed Rationum,* vel *Rationis pondus* videntur attendiſſe; licet enim in naturalib. ſcientijs auctoritas quoque non ſit ſpernenda, cum ab illa præcipuè ordo dicendi incipiat, imò æſtimanda in Moralibus maximè, potiores tamen partes tribuendæ ſunt ſemper rationi, cũ ſcientia non ſit fidei habitus, ac definiatur *eſt Cognitio rei per Cauſam, per quam res eſt*, non verò *Cognitio rei per Auctoritatem*; & ſolùm Auctoritas eſt ſignum a poſteriori Veritatis; quod tamen ſæpè eſt fallax; vnde & reiectæ ſunt tanquam

minùs

minùs rectæ, atque veraces opiniones nonnullæ poſterioribus ſæculis, quæ communes erant in prioribus: Ac præferenda etiam *ſingularis*, ſi efficaciori munita ratione, alijs, quę ſint communes etiam, licet illa fuerit excogitata *hodierna luce a viro etiam* minus docto; parum enim intereſt ad hoc vt talis ſententia probabilis, vel probabilior cenſeri meritò debeat, ac anteponi alijs, quas celebres quoque tradidere Scriptores; quorum non paucos in quibuſdam etiã facilè cognóſcibilibus veritatis ſcopum non attigiſſe plane conſtat. *Reuelat quandoque Deus paruulis quædam, eaque ſapientibus abſcondit*, ac *dies dici eructat verbum* *Pſal.* 18. Recolantur dicta *Animad.* 15, *c.* 1. *opuſc.* 1. *de Probabil. opin. cum Animad.* 13. 18. *ac* 23. *cap.* 2. In ſcientijs verò, quæ ſupernaturali lumine innituntur, *præferendi*, Qui maximè ſe in *legitimis auctoritatibus proferendis* verſatos oſtendunt.

35. PONO Præferendos per ſe illos ſcriptores, qui *optima quæque ex optimis quibuſque Auctoribus deſumpſiſſe videtur*. Meritò *Quintil. verba c.* 2. *lib.* 10. *Orat. Inſt.* ad hanc rem accommodari queunt. *Itaque ne hoc quidem ſuaſerim vni ſe alicui propriè, quem per omnia ſequatur, addicere. Longè perfectiſſimus Gręcorum Demoſthenes,*

ali-

aliquid tamen aliquo in loco melius alij, plurima ille: ſed non qui maximè imitandus, etiam ſolus imitandus eſt. Quid ergo? non eſt ſatis ſic omnia dicere quomodo Marcus Tullius dixit? Mihi quidem ſatis eſſet, ſi omnia conſequi poſſem: Quid tamen noceret vim Ceſaris, aſperitatem Celij, diligentiam Pollionis, iudicium Calui, quibuſdam in locis aſſumere? Nam præter id quod prudentis eſt quod IN QVOQVE OPTIMVM EST, SI POSSIT, SVVM FACERE: tum in tanta rei difficultate vnum intuentes, vix aliqua pars ſequitur; Ideoque cum totum exprimere, quem elegeris, pene ſit homini inconceſſum; plurium bona ponamus ante oculos, vt aliud ex alio hæreat, & quo quicquam loco conueniat aptemus. Et cum nemo, niſi plane in ſcientijs hoſpes, inficiari poſſit, quin Academici in aliquibus præcellant Peripateticis, Stoici ambobus &c. Scotica Schola Thomiſticæ Scholæ &c. Baldus Bartolo, Hoſtienſis Panormitano &c. iure ſanè optimo primę iudicij partes erunt deferendę illis, qui optima quęque in vnaquaque Secta, ac Schola fuerit amplexus; de quare legantur *pon.* 15. *ac* 16. *Opuſc.* 2. *de Probabil. opin.* Sicuti autem cauendum eſt Oratori, qui plures imitari vult, ne in orationis inæqualitatem incurrat; *Ita ſcientifico præcauendum*, ne minùs

nùs conſequenter loquatur, dum plurib. Scholis, ac Sectis vult adhærere. Attẽdendum quoque, ne Scriptores iſti ſint illis ſimiles, quos ait idem *Quintil c.1. deteriora imitari (id enim eſt faciliùs) ac ſe abundè ſimiles putent, ſi vitia magnorum conſequuntur*; vel qui (vt idem ait *c* 2.) *proxima virtutibus vitia comprehendunt*. Sunt quidem aliqui Scriptores, quorum præcipuum eſt ſtudium *in tuendis, latiuſque explicandis, ac propagandis opinionibus illis, quas veritati, aut rationi, aut experientiæ apertè aduerſari*, viri nullis addicti auctoribus, imò plerique ex eadem Secta, ac Schola ſinceri viri clarè teſtantur, *ac minùs probabiles Auctorum ſententias Demonſtrationis nomine decorare contendunt*. Quid ſi Scriptores nonnulli minùs doctos, minuſque ſana doctrina præditos Auctores, vt Duces, ſequerentur? *Sunt* enimuero *plurimi, qui ſimilitudinem peſſimi cuiuſque, & corruptiſſimi concupiſcunt*, teſte *Quintil.* eodem *c.2.*

36. PONO Pręferẽdos illos, qui *liberè, ac ingenuè, ſine nota tamen adulationis, vel odij, vel inuidiæ*, in qualibet ſecta, & ſchola, in quolibet Auctore, & Scriptore celebri, quæ laudanda ſunt admittũt, quæ vituperãda reijciũt, ſed hæc ſi poſsũt legitimè, excuſãt. Sicuti autem *nõ oportet*

iet timidè, vt benè monet Plutar. in libello de Audien. Poet. *velut in templo, omnia horrere, omniaque ſuperſtitioſè reuereri, ſed ſumpta audacia conſueſcere de eo quod decet, & rectum eſt; liberè pronunciare*, hoc eſt, ſuo loco acclamare, *Benè, & Verè hoc*; de illo quod non decet, nec rectum eſt, liberè etiam pronunciare, *Malè, & falſe hoc*; de illo quod nec leuiter, nec euidenter probatum eſt, liberè etiam pronunciare, *Probabiliter, vel magis, minuſuè probabiliter hoc &c.* Ita *modeſtè ſemper, & circumſpecto iudicio* (vt inquit *Quintil. c.2. lib.10. orat. Inſtit.*) *de tantis Viris*, ac nominatim ijs, qui fuerunt Scholarum, ac Sectarum Principes, ac de ijſdem Scholis, ac Sectis *pronũciandum eſt; ne* (*quod pleriſque accidit*) *damnent, quæ non intelligunt.* Laudandi e Scriptoribus; *tũ illi*, qui aliquam, & maximè ſi controuerſa ſit, materiam tractantes, *errores primò circa illam manifeſtos exponunt, ac poſtea declarant, de quonã probabiliter inter ſe* circa eamdem nonnulli diſſerant; *tum illi*, qui licet vni Scholæ, aut ſectæ adhærentes, vel vnico auctori addicti, initio tamen patefaciunt, in quibus errauerit, vel minùs probabiliter &c. locutus fuerit huius, & illius ſcholæ, ac ſectæ Princeps &c. Cum enim nulla fuerit Schola, nulla Secta, nullus Auctor do-

ctrinæ fama etiam illuſtriſſimus, qui in aliquo non errauerit, aut deceptus fuerit, aut minùs veritatem præ alijs attigerit; *probitatem quamdam,& ingenuitatem præſeferi Scriptor ille,qui errata, ſiue minùs bene dicta illius, quem vt Ducem ſequitur, primùm ob oculos ponit; nec ſeruili ingenio liberales diſciplinas ſe tradere oſtendit; nec ea ſe conſtrictum neceſſitate declarat, vt etiam quæ probanda non ſint, approbare cogatur.*

37. PONO Præferendos per ſe illos, qui fatẽtur vltro ſe aliqua neſcire,ſiue nõ ſibi occurrere illorum rationẽ & cauſam; Nam ingenuũ id indicat animum, ac *iuuenilis eſt audaciæ aſſerere multa cum errandi periculo, ſiue diſcrimine.* Hæc certè eſt illa fidelis ignorantia, quæ præfertur temerariæ ſciẽtię ab *Auguſtino*, qui apertè declarauit ſe aliqua neſcire *in Ench. c. 59. lib. 21. de Ciuit. c. 10. in lib. de Cur. pro Mort. c. 16. &c.* atq; in *ep. 78. ad Heſich.* ſic ait. *Magis eligo tantã ignorantiam confiteri, quam falſam ſcientiam profiteri.* Et aliquarum quidem quæſtionum, quæ a Theologis proponuntur, explicationẽ Theologiæ Diuinæ, ac Beatorum relinquendam eſſe habet inter cæteros *Ludou. Carb. Introduct. in Theol. l. 4. in fine c. 15.* cuiuſmodi ex Athanaſio dicit eſſe quæſtionem illam de ratione, *Qua filÿ*

Ge-

Generatio à Spiritus Sancti Proceſſione differat; licet eam Scholaſtici modò latiſſimè agitent, & de ratione inter ſe acerrimè digladientur. In Philoſophicis, in Metaphicis, cæteriſque etiam humanis ſcientijs, Qui maiori iudicio, & ſubtiliori ingenio prędìti, ſunt clarè aſſerunt *ſe ignorare quidnam de quibuſdam doceãt, ac ſatis, ſuperque ſe facere putãt, ſi aliquam vel leuem rationem, ſiue coniecturã, aut paritatem &c. afferant*, quam etiam ſibimet planè non probari inquiunt, cupiuntque aptiorem aliam excogitari, ſibi ſuggeri &c. *Imperitiores ſolummodo Scriptores quaſcumq; tentant ſoluere queſtiones, earumque ſolutionem apertiſſimam eſſe aiunt*; hi nec difficultatis pũctum attingere cõſueuerunt. Quo quis acutior, ac difficultatis intima magis peruadit, eò magis a ferenda ſententia in multis quæſtionibus abſtinet, aut non niſi cum timore, ſuſpicione, ac dubio, an ratio, quam affert, ſit etiam idonea, aliquam ex huiuſmodi quæſtionibus tractat. EX HIS fit, vt illis, *Qui ſe multorum ſatis efficacem, vel adæquatam cauſam, ſiue rationem afferre non poſſe ſcribunt, & qui nõ niſi aliquid probabile, vel congruentiam aliquam circa non pauca proferre in libris vltro indicant*; cum ſe plane ingenuos ſcriptores declarẽt (nam veriſſimè, aut nul-

nullæ, aut pauciſſimæ ſaltem reperiantur Demonſtrationes ſaltem perfectiſſimę, & ad Ariſtotelicam normam) in cæteris potior habenda fides; *Quę eſt deneganda illis, qui omnes fermè ſuas opiniones putãt eſſe Demonſtrationes, ac euulgant*; hi enim nec ingenio, nec iudicio valent. Cauẽdum ab iſtis, quia ſolent eſſe etiam *cacres aliorum Cenſores, Detractores &c.* Qui enimuerò ſapiens eſt, *nouit opiniones fermè omnes eſſe verè opiniones*. Multæ quidem appellari poſſunt *Demonſtrationes ex ſuppoſitione*; nã talib. Principijs poſitis neceſſariò, ac euidẽter tales concluſiones ſequuntur; Verum illa aut falſa ſunt, vel ad sũmum Probabilia. Legantur ad hęc dicta *Animad.* 19. 23, 24. 43. *& 49. ac verſus finem* §. *Singularum c. 3. Opuſ. 2. Animadu.*

38. PONO Præferendos per ſe illos, qui minus verę, ac rectę a ſe ſcripta retractãt; hi enim & ſinceros homines ſe luculenter declarant, ac veritatis amatores; cui aditum aperuerunt, vbi illa illuxit. Sapienter *Seneca lib. 4. de Benef. cap.* 38. *Non eſt leuitas a cognito, & damnato errore diſcedere, & ingenuè fatendum eſt, Aliud putaui, Deceptus ſum; Hæc verò ſuperbę ſtultitiæ perſeuerãtia eſt, Quod ſemel dixi, qualecumq; eſt, fixum, ratumq; ſit. Non eſt turpe cum re mutare conſilium.* Adhuc

Sãpientiùs Ioannes *Lud. Viues lib.5. de Tradĕd. Diſcipl.* hęc habet. *Quę poſt editionem videbuntur authori ipſi parū rectè expenſa corrigat planè, apertè, ſimpliciter, magis de claritate Veritatis ſollicitus quā de ſua ipſius exiſtimatione. Sed nec ipſe iacturā vllā fecerit exiſtimationis. Quis enim eſt vſq; adeò rerum humanarū expers, & ignarus, vt neſciat optimos quoſque, & ſapiētiſsimos viros tempore, ac ſtudio in melius proficere? An ego excellentis ingenij virum nihil plus credam aſſecutum ſenem eſſe, quā iuuenem? INERS profectò, ac miſerrimum eſt ingenium, cui non plus poſterior dies, quam prior adfert. Si libri ſint dogmatici ſparſi iam, & euulgati, cōſultiſsimum erit librum correctionū exemplo Diui Auguſtini cōponere* (quem idem *Viues lib.1. de Cauſ. Corrupt.* Art. ait nullum ad hoc tempus imitatū, *quia videlicet ille māſueto vir ingenio, & modicè de ſe ipſe ſentiens, iſti noſtri faſtu, & ſuperbia turgidi inuerti, ac corrumpi malunt, quod non ignorant verum eſſe, quam videri erraſſe, aut fuiſſe a quo monſtrari illis aliquid potuerit, & tantò admonitionem ferunt acerbiùs, ſi quę dixerint, litteris conſignata euulgarint;* Verùm licet nullus in tali ſcribendo libro *S. Aug.* fuerit imitatus, multi tamen apertè ſua retractarūt; & ex antiquiorib. Hippocrates, more ſcilicet, vt *Cornel. Celſ. lib.8. c.4.* ſcribit,

ma-

magnorum virorum, & fiduciam magnarum rerum habẽtium; nam leuia ingenia, quia nihil habent, nihil ſibi detrahunt, magno ingenio, multaque nihilominus habituro, conuenit etiam ſimplex veri erroris confeſſio. Subſecuti ſunt illum *M. Tullius Catulus, Lucullus*, & alij, quos cũ laude *Quintil. lib. 3. Inſtit. c. 6.* commemorat: Etiam inter cæteros e Scholaſticis *S. Thomas, & Dominicus Sotus* idẽ præſtiterunt: Recenſet etiam *Orat. Lomb. nel Diſcorſo intorno a contraſti, che ſi fanno* ſopra la Gieruſalemme liberata di Torquato Taſſo *Bembũ, Arioſtum, Robortellum*, & alios reuocantes ante a ſe dicta &c.) *aut ſi quid erit addendum, ſecundã editionẽ ſeorſim dare, vt feciſſe videmus Boethium Seuerinum. Sin opus vel non continet dogmata, vel non adeo eſt diffuſum, licebit quod eſt apud Poetam, male tornatos incudi reddere verſus, & opus reconcinnare, atq; etiam ſi res ferat, retexere de integro. Quod ſi ab aliquo corrigatur, agnoſcat beneficium, & palam gratias agat; Veritas enim, pro qua nos in acie conuenit ſtare, nullius eſt propria, ſed communis omnium. Quod ſi ille in eam inciderit, iraſci te non oportet, illi potiùs gratulare felicitatem, quam & tibi licet cum illo eſſe communem. Sed proculdubio ita res habet; Qui pro veritate certant, ſic ſunt animati, vt eam a quocumque inuentam complectã-*

tur. Qui autem pro ſuis inuentis, ideſt, *pro ſuo nomine, ac gloria, tanquam aras, & focos, quicquid ab eis prodierit, tueantur; cuiuſmodi ſunt in omni quidem diſciplina complures &c.* Ex hoc quidem venenato *ſuperbiæ fonte*, tanquam pręcipuo ſaltē, *omnia mala in Diſciplinas omnes fluxiſſe*, quæ meritò Sapientiores deplorant, condolentque vehementer ſingulari plurimorum docētium, ac diſcentium infęlicitati, eruditè ſatis, ac verè demonſtrat idē Viues *lib. 1. de Cauſ. Corrup. Art.* Qui liber vnà cum reliquis *ſex* de eodem argumento, & *Quinque de Tradendis Diſciplinis* diligentiſſimè legendus foret; in ijs enim nedum omnino pijſſimum, verùm & doctiſsimum, prudētiſſimum, ac publici boni amantiſsimum ſemet exhibet. Ad vnguem enimuerò prauos mores Scriptorum, ac Magiſtrorum nonnullorum recentium, *qui ſe putant cæterorum omnium Cenſores, & arbitros in ſcientijs, ijſq; præſertim tradendis, ac poſteritati librorum ope conſignandis ſuperbè omnibus ſemet anteponunt, ac alios docendi normam e cęlo ſibi delatam arbitrantur*, eruditiſsimus ille vir declarat, atque exprimit. Mirificè ſum gauiſus, cum poſtremis hiſce menſibus libros hoſce euoluens (neque enim antea in mea fuerunt poteſtate) multa, quæ ego *iam in Opuſc.*

Trib.

Trib.Anim. repoſueram, olim fuiſſe ab illo Auctore animaduerti prænotata. Vtinã nulli operam collocent, vt eorum librorum lectio interdicatur, cum apertiſſimè multorum Præceptorum vitia in tradẽdis Diſciplinis exponãt: Hęc autẽ hi vehementer occultari cuperent; Ingens enim detrimentum eorum exiſtimatio pateretur; voluntque errare, ac in errore perſeuerare, ac in errorem complures rapere, quam illum fateri, ne vel leuiter illa imminuatur. Quid ſi inſipiens, ac plane elato animo hoc hominum genus cauillis contenderet viris ſapientibus manifeſtis, in docendo, ac ſcribendo vitijs virtutum, earumque eximiarum ſpeciem effingere? *Ego quidem ab hac Superbia* ſum valde alienus; ſemper *ſum profeſſus*, vt patet ex fine Opuſcul. Trium anno 1647. impreſſorũ, ac in fine meorum librorum Indicis editi an. 1650. iterumq; & *coram Deo, qui eſt Cordis ſcrutator, iterum profiteor*, Me retractaturũ ſemper illa, quæ a me ſcripta probatum fuerit (non vtcumque dictum, maximè ab inuidis, æmulis &c.) *eſſe Improbabilia*; aut Veræ Pietati, veriſq; Chriſtianis, ac Ciuilibus aduersãtia Moribus, aut falſa &c. Nam ſcio pręclarè a *Diony. Alex. apud Euſeb. lib. 7. Hiſt. c.* 19. *vel* 22. prolatum; *Sicuti laudabile eſt a vera*

ſen-

ſententia non moueri; ita culpabile perſiſtere in falſa; quam nunquam tenere prima laus eſt; ſecunda mutare, vt aut ex initio vera permaneat, aut mutata falſa vera ſuccedat. Imò addo, Eſſe ſcientijs pernicioſiſſimos illos, qui non inueniendæ veritatis amore ducuntur, ſed oſtentationem ſapientiæ, & ingenij famã ſibi inaniter aucupantur. Facilè ad res iniuſtas impellũtur, quib. ineſt vehemens glorię cupido, vt ait etiam *Cic. lib. 1. de off.* Ex hac hæreticæ opiniones, ex hac grauiſſimæ controuerſiæ inter Catholicos Doctores cum graui Pietatis Caritatis, imò Iuſtitiæ detrimento ortæ ſunt, ac in dies oriuntur. Olim *S. Hierony. in c. 3. epiſt. ad Titum* conqueſtus fuit; *Frequenter accidit, vt habeamus pugnas legis, nõ ob deſiderium veritatis, ſed ob iactantiam gloriæ, dum apud eos, qui audiunt, docti volumus æſtimari, aut certè ex hoc rumuſculo turpia ſectamur lucra.* Alijs bene facere debet habere ſibi propoſitum iuxta *S. Bern. ſer. 26. in Cant. ſciens*, multoq; magis *libros ſcribens*; de quo ſatis dictum *Animad. 33. c. 5. &* 48 *c. 7. op. 1. Animad. vel veritatem exponere, eamue indagare?* Si iſtam inuenerit, vel ſe falſitatem expoſuiſſe nouerit, hanc reuocare, illam fateri ſincerus ſcriptor debet.

39. PONO Pręferendos *Tum Nobili Genere*

ortos

ortos Ignobilibus,&c. Quia ſolẽt eſſe & Ingenioſiores propter puriorem ſanguinem, & magis Ingenui,ac Modeſti. *Tum Diuites,* ſiue *fortunæ bonis abundantes* Pauperibus,& qui rei familiaris premuntur anguſtijs;nã hi facilè attrahi potuerunt,poſſuntq; ad nonnulla proferenda veritati diſſona,conſona verò ſenſib. Diuitum,ac Potentum. *Tum illos, qui in aliquo Magiſtratu,ſiue Honorifico gradu* fuerint conſtituti; nam conſueuerũt hi publicarum eſſe peritiores rerum, quarum cognitio multum confert ad rectè iudicandum,ac ſentiendum de multis,& maximè ſi illo fuerint ſatis contenti,animi tranquillitatem ante cætera optantes,quærentes &c. Nam qui ad ampliores aſpirarunt,ac aſpirant honores,in adulationis vitium facilè labi potuerunt, poſſuntque gratificari illis, a quibus ampliores ſperant honores &c.

40. PONO Præferendos qui *Modeſtiores in verbis*; nam hi in rationibus,non in cõtumelijs, ſcommatib. &c. litteratorum victoriam reponunt; & præterea *immodeſti* videntur ad opinionis tuendas, vel impugnandas moti ab ira,quę eſt *breuis inſania, & rationi, conſilijſque præcluſa, vanis agitata cauſis,ad diſpectum æqui, veriq; inhabilis*,vt habet *Senec. initio lib. 1. de Ira*; atque cauſe

cauſæ infirmitatem, ac mollem, adeoque facilem ad potentiorum obſecundandum nutibus &c. animum indicant; nam quemadmodum habet verè idem *Senec.* verſus finem libri; *Vt exulcerata, & ægra corpora ad ictus leuiſſimos gemunt, ita muliebre maximè, & puerile eſt vitium* Ira. Qui etiam *lib. 2.* initio *cap. 24. addit*; *Puſilli hominis, & miſeri eſt repetere mordentem; mures & formicæ ſi manum admoueris, ora conuertunt. Imbecillia ſe lædi putant, ſi tangantur*. Omnis enimuerò qui ſiue voce, ſiue ſcripto, ſiue factis iræ ſigna exhibuerit in illum qui generaliter vitia reprehenderit, ſe illis infici omnibus declarat; ſic enim *S. Hieron. in fin. ep. ad Nepot. de vita Cler.* habet. *Nullius nomen mea ſcriptura deſignatum eſt; neminem ſpecialiter meus ſermo pulſauit, Generaliter de vitijs diſputatio eſt; Qui mihi iraſci voluerit, ipſe priùs de ſe, quod talis ſit, confitebitur*.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Finis Opuſculi Secundi.

Digitized by Google

1971

Digitized by Google

Digitized by Google